



1. Bock f. Friderici Samuelis / diff. De Notione
Immensitatis Dei amplificanda Co-
ntemplatione magnitudinis Mundi.
Regionem 1768. Aucto G. C. Reversi.
2. Bode f. Christophorus Augustus / Protevan-
gelium Generes Cap: 111 Vers: XV. Helm,
Stad: 1763.
3. Boehmer f. D. philip Adolph: / programma, de
Christo filio Dominis, Halle 1765.
4. —— programma, addita est illustratio
addita est: Illustratio loci 1 Corinthi 24, vers, 51,
Halle 1766.
5. —— programma in commentatorem ad
illustrationem Actorum Apostolorum, 1766.
6. Buchner f. D. Andreæ Eliæ: / programma in
diem natalem Christi, Halle 1768.
7. Carrack f. Joh. Tob: / programma paracliti
Appellatione Spiritui Sancto tributa,
Halle 1764.

39

DISSERTATIO THEOLOGICA
PRIOR
DE
**VSV DOGMATICO
NOMINIS FILII DEI,**

QVAM
SVB PRAESIDIO
D. GOTTH. TRAVG. ZACHARIAE
S. S. THEOL. PROFESS. P. O.
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA
D. XXII. OCT. MDCCCLXVIII.
PVBLICE TVEBITVR
RESPONDENS
IOANNES CHRISTIANVS DRECHSLER
S. S. THEOL. CVLTOR, SVERINENSIS.

GOTTINGAE
EX OFFICINA SCHYLZIANA, CYR. F. A. ROSENBUSCH.



COTTINGAY



ILLVSTRISSIMO

DOMINO

GERLACO ADOLPHO
L. B. DE MVNCHHAVSEN

DYNASTAEV STRAVSFVRTHI cet.

POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS ET
ELECTORIS BRVNSVICENSIS

STATVS PVBLCI IN TERRIS GERMANICIS
ADMINISTO SVMMO. cet. cet.

DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

O DISPUTATIONEM HANCCE

PUBLICE DISCEPTANDAM
PRO COLLATIS IN SE BENEFICIIS

CVM SUBMISSA
SVI SVORVMQVE STVDIORVM COMMENDATIONE
EA, QVA PAR EST, REVERENTIA,

SACRAM ESSE VOLVIT

DEVOTISSIMAE MATERIAE MEA T

ERGOTRIOS MULSAVENSIS

ILLVSTRISSIMI NOMINIS

DEVOTISSIMVS CVLTOR

JOANNES CHRISTIANVS DRECHSLER.



De nomine filii Dei post tot eruditas de nomine hoc commentationes disputerem, & in primis de usu eius dogmatico differere, forte nonnullis operae vix pretium videbatur, qui nullum, saltem exiguum, in dogmaticis usum illud habere, sibi persuaderent. Id vero nondum adeo luciente esse demonstratum, ut nihil, quod contra dici possit, super sit, arbitror, quam ob rem libertate inter eruditos concessa, de rebus saepius tractatis dentio differendi, ut in praesenti nulla licet. Sacras litteras ideo maxime interpretantur, ut in rerum dominarum notitia ex iis proficiamus, meritoque eo omnis dirigitur interpretatio, ubiqueunque fieri potest, ut, quid de diuiniori doctrina ex ea discatur, innescetur, quam ob rem non de nomine tantum agam, sed & de usu eius dogmatico. Saepius enim de nomine pluri eruditae disputantur, multa etiam in libris doctrinalibus nonnunquam ex eo probantur, sed haud semper sollicite satis inquiritur, quale pondus & momentum habere possint demonstrationes ex eo derivatae. Vix vero de usu rectum ferri poterit indicium, nisi de nomine ipso ante agam, in primis quem eius de *Christo* usurpat in libris sacris sensus eruditorum inter se diffensus dubius sit redditus, saltini apud eos, qui auctoritate magis quam argumentis duci in indicis de rebus eiusmodi ferendis adfuerunt. Librorum vero sacrorum, in quibus

1

nonien



nomen illud *Christo* datur, ordinem invertere mihi liceat, ut a N.T. initium faciam, ad V.T. deinde progrediens, quod hac in causa naturalis ordo deposcere mihi videtur.

§. II.

Christum in N.T. appellatum primum videmus filium Dei per oracula caelitus demissa. Omnium enim primus noua laeta & exoptata de *Christo* ex *Maria* nascendo perferens nuntius eo vivitur, eo quidem modo, vt, non ob regiam dignitatem ita eum vocari, facile appareat, quum vel ex miraculo eius ortu, vel ex sublimioris naturae cum *Christo* homine coniunctione eius ratio ab angelo ipso redatur. Id enim particula *de* poscit Lvc. I. 35. siue inferat aliquid ex praegressis, sive causam addat & illustrationem, ex quibus, quid sit verum, postea luculentius patebit. Quum deinde solemniter renunciatur *Christus* per vocem caelestem, occasione baptismi, idem repetitur nomen (MATTH. III. 17. MARC. I. 12. LVC. III. 22.), adiecta distinctione quadam per vocem יְהִי רָאשׁוֹ, quae quidem per *אֵלֶיךָ תִּרְאֶת* veriti solet, revera autem non significat nisi unicum, in primis in hoc sermone, in quo auctoris diuini declaratio disertis verbis: **בְּאַשְׁר חִפְצָתִי** additur. Non enim aliud ex *Hebracorum* vsu significant illa, nisi quem uno. In verbis igitur solemnis huius renunciationis ipsis nihil est, quod ad minus *Christi* referat nomen hoc, quum omnia patris potius erga filium relationem exprimant, quod salutem, nisi verbis addatur, quod non comprehendunt, negari nequit. Declaratio vero ista non filio soli, sed ipsi audientibusque est data, verbis vitroque modo intelligendis, minime vero similime. **בְּנֵי יִהְיֵה בְּאַשְׁר חִפְצָתִי**, quo factum, ut historicorum sacrorum alter ad audientes directum sermonem sicut reliqui ad *Christum* referant. Inter *Iudeos* vero frequens nominis huius de *Christo* vsus non ex caelitus his sermonibus originem duxit, tempore *Christi* aduentis iam notissimus. Vocem enim illam caelestem non audierant, neque fama ubique perrebuerat sermo angelis ad *Mariam* missi, vel caelitus demissa vox Dei ipsis loquentis. Ubique vero *Messiam* nomine illo splendidissimo nomine potum, integra *Iesu* loquitur historia. Nolo praeconium *Ioannis*

¶

nis per vocem caelestem adiutori commemorare IOH. I. 34 atque discipulos, qui *Iesum* primum audeantes nomine hoc salutant IOH. I. 50. & in solemniis confessionibus suis id in primis assuerant, scilicet *Iesum esse Christum filiumque Dei*, esse persuasos MATTH. XVI. 16. IOH. VI. 69. *Ioannis* testimonitis fortasse edoctos. At ipse etiam diabolus tentator hoc nomine tanquam notissimum utens sicutur nobis MATTH. IV. 3. 6. nec non rudiores etiam ex plebe parum de Christi vera dignitate instituti filium Dei eum salutant MATTH. VIII. 29. MARC. III. 11. LVC. IV. 46. atque doctiores principesque populi id maximum esse, quod ipsis blasphemum videbatur, produnt, filium Dei se profiteri eum, qui Christus esse volebat, quam Christum hunc esse futurum omnes concederent MATTH. XXVII. 62. IOH. XIX. 7. Neque inter profanarium gentium homines nomen illud ignotum manserat, qui tanquam frequentius summae dignitatis, quia *Iesus* etat conspiens, nomine eo vuntur MATTH. XXVII. 54. Sed ubique nota copiosus recensere inutile foret, ad rem ipsam potius venio, quid nomen hoc significauerit ex mente Iudeorum non tantum, sed & Christi in primis atque diuinatus insinuatorum apostolorum, paucis inuestigaturus,

¶

Merito illud, praemitto, causam sine dubio fuisse graueni, que communi consensu in eo conuenerint omnes, vt quem Christum expectauerint, non esse nisi filium Dei existimauerint. Fac enim, vnde loquendi multo generaliori, quam probari hucusque potuit, fuisse receptum, summam regum dignitatem nomine hoc exprimare, nondum id sequitur, neque probabile quidem est, reges, ubicunque magnandi fuerit, promiscue etiam filiorum Dei nomina appellari posset, sed ita ut nullum inter regis filique Dei nomina discrimen sit obseruatum. Davidem regem vocari, Salomonem eodem nomine distinguiri inuenies, at in vulgaris sermone nunquam filium Dei Davidem, filium Dei Salomonem vocatos audies, vel si narrari debet, regem aliquem esse creatum, stilo historico, nunquam dictum, iudeoles, filium Dei eum esse creatum. In compellationibus regum alia, nomen sunt frequentia, nunquam filii Dei nomen usurpatum videbis. Si judici-

bus in rebelles pacisque publicae turbatores sunt animaduertendum, naniq; putas, apud *Hebraeos* vsu fuisse receptum, vt ex iis exquirerent confessionem, se pro filiis Dei se gestisse, loco confessionis, regimur se usurpare dignitatem? Quod quidem nūhi ab omni loquendi vsu, non inter nos tantum, sed & inter *Hebraeos* abhorrente videtur. Poētarum aliorumque filio sublimiori vtentium est, reges nonnumquam filios appellare Dei, sed poētae plura audent, quae in vulgari sermone risu audientibus mouerent. Dices forte, in legibus etiam deorum nomen de magistratibus adhiberi, quod cum filiorum Dei nomine conueniat. Id vero facile largior, deorum nomine de magistratibus adhibitum convenire penitus cum nomine filiorum Dei, & utrumque nomen, **אָדוֹן** & **בָּנֵי עָלֹה**, ps. LXXXII. 6. eodem modo alternare, quo alias **אָדָם** & **בָּנֵי אָדָם** & **בָּנֵי אֱלֹהִים**. At memineris etiam, plura esse in legibus antiquioribus ex veteri consuetudine, versibus complectendi leges, retenta, quo locutiones & integræ leges prouerbiorum naturam habentes sine dubio ipsis legibus *Mosaicis* antiquiores pertinenter. Num itaque mirum videri potest, si in legibus voces poetis in primis frequentes deprehendis, quas in historico filio nunquam usurpatas inuenies. Sed de *Christo* in omnium ore versatur nomen filii Dei, non canentium modo, aut sublimi sermone dignitatem eius praedicantium, sed cuiuslibet etiam ex plebe hominis, qui nesciunt, nisi proprium esse hoc nomen Christo dudum ab omnibus exspectato. Num probabile cuicunam videri potest, loco regii tituli tantum adhibitum fuisse hoc nomen, in primis quum, si regem eum proclamant, regisque instar honorant, non Dei filium, sed *Davidis* eum cōp̄petent, atque Christi nomen regiam eius dignitatē clausum exprimat, nomini filii Dei saepius adhuc additum. Honos potius Christi peculiaris, neque cum regibus maximis communis nomine hoc ei attribui videtur, quoniam ipsi proprii nominis instar eo tempore usurparetur. Id simul manifestum esse existimo, & probatione non indigere, iam diuante Christi tempora nomen filii Dei de eo fuisse usitatum, non ipsa Christi doctrina demum introductum.

§. III.

Facile igitur coniiscere licet, nomen hoc alias in communi sermone haud frequentatum Christo tanquam ei peculiare dignitatis nomen ex vaticinio quedam V. T. in primis eo tempore illustri omniumque consensu de Messia expectato intellecto originem suam habere. A vaticiniis enim illis notitia Christi omnis eiusque aida expectatio pendebat, & quicquid de eo hominum sermonibus celebratum, ex iis fuit haustum. Quod vero nullum esse potest aliud, nisi luculentissimum illud ex ps. II. 7. quod communi consensu de Christo tum temporis esse explicatum, ex ipsis N. T. libris patet. Alterum enim illud promissum diuinum Davidis datum, non de Christo tantum, sed & de omnibus regibus ex familia Davidis oriundis 2 SAM. VII. 14. & 1 CHRON. XVII. 13. in se aliquanto difficultius, usui huius nominis occasionem vix praebuit, ex quo filium eum potius Davidis, quam Dei appellauerent, atque ex quo omnes potius reges Davidicos filios Dei vocauissent, quam Christum solum, & multo adhuc minus Nebucadnezari verba DAN. III. 25. Ex poëmate igitur originem quidem habet nomen hoc Christi, at ut proprium nomen Christi, non ut nomen communi loquendi usu de regibus usurpatum. Ex illustribus enim eiusmodi vaticiniis nomina praecipua diuinum huius legati repetit inueniuntur, quem ipsum Christi nomen ex clarissimo Danielis vaticinio C. VIII. 24-27. atque, quod Christus de se ipso loquenti frequens est, filii hominis ex DAN. VII. 13. deriuandum sit. Quum autem de Christo in psalmo isto tam nomine filii Dei, quam nomen IHS sine adiecto Dei nomine, adhibeatur, ex eo etiam ratio reddenda videtur, cur Christus modo filium Dei, modo filium se appellauerit, eodem sine dubio nomine usus, quod psalmus habet in dialecto Chaldaica frequentiori. Iure igitur ex eo colligimus, inter illustrissima de Christo vaticinia eo tempore hunc psalmum esse relatulum.

§. V.

De eo igitur ante omnia sollicitos nos esse oportet, ut inuestigemus, quo sensu acceptum sit illud nomen in sermonibus Christi scriptisque & sermonibus apostolorum, antequam de significatu eius in

A 3

V. T.



V. T. quaeramus. Facile itaque largior, a pluribus aduersariis *Christi*, & maxime ab hominibus rudibus non ubique recte esse intellectum nomen illud, quum frequens adeo illud factum fuerit, ut quisque proprii nominis instar eo vsus sit, quo fieri plerunque solet, ut rudiores in primis eiusmodi vtantur nominibus, parum curantes, unde originem duxerint, vel quid iis significetur. In sermonibus igitur plerisque *Iudeorum* idem sine dubio valuit, quod nomen *Christi*, qui, si *Iesum* filium Dei vocarunt, indicare noluerunt, nisi pro *Messia* promisso se eum agnoscere, de sublimiori eius dignitate haud docti, tamque parum curantes Lvc. IV. 41. Ex horum vero hominum vsu auquam vera nominis alicuius, quale hoc est, origo & significatio secure colligi potest. Sed negari etiam nequit, apud plures, prudentiores doctioresque in primis, inter *Iudeos* maioris habitum esse nomen hoc, neque pro nomine idem valente ac *Christi* nomen esse agnitum. Recte enim hoc probatur 1) ex 1oh. V. 15, ex quo loco iure colligimus, filium Dei se vocare, eo sensu, quo *Messias* esse debuit filius Dei, idem ipsis vixum esse, ac Deo aequaliter se facere, ideoque in eo, qui non vere sit *Messias*, inter blasphemias mortis suppicio dignas relatum. Non enim in eo putant, blasphemiam atque ad honorem diuinum aspirationem inueniri, si *Christum* se dicat, sed si Deum patrem suum vocet. Nec est, cur is, qui, *Messiam* tantum se esse, gloriatur, Deo aequaliter se facere credatur, nisi dignitas aliqua interna nomine filii Dei expressa ad inimicis hoc splendidissimum accedat. Neque Deum patrem suum agnoscere, seque filium eius praedicare quoeverque sensu inter sermones blasphemos, quibus Deo se aliquis aequaliter faciat, referri poterat, nisi se ipsos summosque viros inter maiores suos pro blasphemis ad diuinum honorem adspirantibus agnoscere voluissent. Dices forte, haud quidem id reprehendisse *Iudeos*, atque pro blasphemia habuisse, quod Deum patrem suum, sed quod πατέρα ιδιον vocauerit. At *Christus* ipse Deum non πατέρα ιδιον appellauerat, sed tantum verbis ὁ πατήρ μου usus erat. Nisi igitur sine causa, malitiosa eos verba *Christi* mutasse, exilimare velis, in sermonibus eorum πατέρα ιδιον non est nisi πατέρα αὐτου, quod cum sermone *Christi*: O πατήρ μου &c. conuenit. Ergo non additum

additum hoc *idem* blasphemum ipsis videbatur, sed quod eo sensu pa-
 trem suum pronunciat Deum, quo *Messias* filius Dei esse credeba-
 tur. Non igitur idem tantum valebat his aduersariis *Christi*, quod
Christi nomen, sed sine dubio maius aliquid exprimebat. 2) Eadem
 ratio est loci ex IOH. X. 31-39. Blasphemiae enim reus hic iudicatur
Christus, quod filium Dei se dixerat, non quod se verum *Messiam*
 diserte satis professus erat v. 37, quia se filium Dei dicere idem videba-
 tur audientibus, ac se ipsum Deum facere v. 33. Quod idem demon-
 strat, ac locus ante allegatus, inuenisse aliquid aduersarios in nomine
 filii Dei, de *Messia* usurpato, quod ad dignitatem divinae plane ae-
 qualem eum extollat. 3) Neque minus habet momentum causa con-
 demnationis *Christi* ad mortis serendum supplicium ab iniustis indici-
 bus eius allegata. Quum enim nullo capitali criminis accusare eum
 possent, propriam ei confessionem adiuratione quadam, cui legis cau-
 sa (LEV. V. 5.) non poterat non respondere, extorquent, *Christum*
 se esse, quem filium esse Dei summi, omnes sciant. Quod quum ad-
 firmaret, atrocissimam sibi videri blasphemiam declarat pontifex, &
 non maximum solum testatur horrorem dilacerans vestes, sed & causas
 abundantes se invenisse, ad supplicium mortis eum condemnandi,
 opinatur. *Christum* vero se profiteri, nisi simul honorem diuinum
 hac professione sibi arrogasset, tanta esse non poterat blasphemia, ne-
 que leges *Mosaicae* de blasphemio mortis reo, ad quas prouocant, quin
 capitali criminis eum in foro *Pilati* postularent, ad vanam impo-
 storis gloriationem, se esse a Deo proximum *Messiam*, extendi poten-
 rant IOH. XVIII, 7. Nisi itaque existimatent, modo excellentiori,
 quo nemo hominum filii Dei dignitatem arrogare sibi possit, eum,
 qui *Messias* esse debet, filium esse Dei, accusatio ista grauiorque hu-
 ius confessionis detestatio inanis fuisse. Etsi vero de notionis eius-
 modi sublimioris veritate horum hominum testimonia parum probare
 possint, id saltim recte ex iis colligi potest, quid eo tempore, quo
Iesus ipse inter homines docuit, filiumque Dei saepissime se est profes-
 sus, nomine hoc sit intellectum, atque difficultati alicui occurri, quae
 contra argumenta certiora ex *Christi* apostolorumque sermonibus ipsis
 repetita moueri posset, de qua infra dicendi locus erit.

s. VI,

Ad haec itaque ut accedam, cum quidem ordinem obseruabo, ut, quid de notione filii Dei ex epistola ad *Hebreos* colligi possit, prius explicem, atque tum reliqua ex N. T. addam, quae illustrare eam possunt. Inquis enim in hoc argumento vobis esse priora epistolae ad *Hebreos* capita, arbitror, quum in iis nomine hoc ut luculentio summae excellentiae *Christi*, qua vel praestantissimos Dei legatos longissime superet, argumento vtatur *Paulus*. Id enim agit, ut religionis *Christianae* praestantiam ex diuini in ea introducenda intermutti excellentia demonstraret, atque, quum veteris oeconomiae temporibus Deus angelis hominibusque ut intermutatis vobis sit, angelos quam maxime dignitate antecellere *Christum*, C. I. hominesque omnes Deum inter & *Israëlitas* mediatores, *Mosem* in primis C. III & sacerdotes V. T. omnes C. VII. & sequentibus, comprobet. Ubique vero id inter alia maxime vrget, hos non fuisse nisi Dei ministros ac seruos, *Christum* vero ipsum esse filium Dei. Ad hunc finem *Pauli* argumenta hic tendere cuncta, interpretes concedunt omnes, et si in explicanda vi argumenti ex nomine filii Dei repetiti dissentiant, atque nomen ipsum varie explicit. Summam *Christi* excellentiam nomine filii Dei tribui debere, generalis etiam argumenti *Paulini* consideratio docet, eiusdemque nominis crebrior in qualibet comparatione repetitio. Angelis omnibus est praefantior, eo quod filius Dei est C. I. 4-6. *Mos*, Dei seruo, opponitur ipse filius C. III. 5. 6. sacerdotibus omnibus, meritis hominibus, vt filius Dei ipse C. V. 5. VII. 28. Homo factus, vt pati posset, et si filius esset C. V. 1. & passione ad sacerdotii munus initatus C. VII. 28. Quorum tendat demonstratio *Pauli*, *Mosem* & sacerdotes omnes a *Christo* longissime superari, facile cognoscitur. Nimirum ut appareat, oeconomiae veteris ministros longe fuisse iuxiores intermutatio diuino in novo foedere sanciendo, longe igitur *Mosaic* religione praestantiorē esse *Christianam*. Sed quo spectet demonstratio praestantiae *Christi*, qua omnes supererit angelos, difficilius videtur. Quum vero totius orationis vis eo tendat, ut quanis ratione superiorē esse *Christianam* religionem *Sinaiticā* quam euidentissime appareat, id satis certum esse existimo, angelorum etiam non nisi obsolemmem

solemnem legislationem in monte *Sinai* mentionem fecisse *Paulum*. Finita ideo demonstratione praestantiae *Christi*, qua vincat angelos, ipse comparat λόγον δι' ἀγγέλων λαληθέντα & λαληθέντα διά τοῦ κυρίου C. II. 1-4. legem in monte *Sinai* datam & doctrinam per *Christum* publicatam. Non quidem ignoro, *Mosés* de angelorum circa legem in *Sinai* monte latam ministeriis altum silentium plures mouere interpres, ut vel alios sermones diuinos, non legem *Sinaiticam*, per λέγον intelligent, vel consuetum nominis angelorum significatum deferant, atque vel homines, vel alias res nomine angelorum improprie nonnunquam vocatas intelligent. Illud vero merito ut a fine *Pauli* abhorrens relictur, quoniam de religione in *Sinai* fundata, de eadem, cuius mediator fuerat *Mosés*, qua sacerdotes ex *Leuitica* tribu erant ordinati, sola dissenserat *Paulus*, nihilque sermones diuini ad patriarchas per angelos perlati ad rem faciant. Sed si integrum *Pauli* demonstrationem, quam C. I. continet, & ex qua comparatio illa C. II. 1-4. deriuatur, considero, neque id a me impetrare possum, ut per angelos vel homines vel tempestates improprie sic dictas intelligam. Quod ut, quanta fieri potest, breuitate confirmem, atque simul propositi mei, non de angelis, sed de filii Dei nomine, agendi memor maneam, viamque facilius pandam, argumenti *Paulini* veram vim & pondus perficiendi, liceat integrum primum epistolae ad *Hebreos* caput liberiori circumscribere paraphras, breuissimis, vbi opus fuerit, adiectis adnotationibus.

§. VII.

Quam illustri modo distinxerit Deus sanctissimam religionem *Christianam* a pristina *Mosaica*, facile animaduertetis, si ingentem internum, quo in illa fundanda vltus est Deus, praestantiam, qua longissime omnes voluntatis diuinae interpres sub veteri oeconomia superat, attenderitis. Quanticunque enim fuerint prophetae, per quos sub pristina illa oeconomia frequentissime mandata sua ad *Israëlitas*, maiores nostros, perfetti curauit, multo tamen omni modo maior & excellentior est *Christus*, interpres voluntatis diuinae in nouae ultimaeque oeconomiae diuinae auspiciis ad nos missus, quo in religione *Christianâ*



fiana introducenda internumitio *vslus est Deus.* Eum enim in hoc ve-
 v. II. neramur, a) qui ipse est *sflis Dei*, b) eum, quem Deus, peractio
 munere in terra, rerum omnium, quotquot sunt, regem dominum-
 que constituit, idque ideo, quia ipse est rerum vniuersarum conditor
 v. III. atque creator, c) eum, in quo ipsa quasi summa gloria diuina resplen-
 duit, nobisque luce oculos feriente apparuit, in quo Deum tanquam
 visibili imagine expressum ipsum vidimus, qui res omnes, quotquot
 sunt, diuina virtute conseruat, nutuque suo & mandato potentissimo
 sustentat, quique hanc ipsam ob causam, perfecto magno illo opere,
 cuius perficiendi causa aduenerat, oblato nimis ob expianda pecca-
 ta nostra sacrificio, quod ipse factus est pro nobis, caelum intravit,
 sedemque perpetuam in ipso throno Dei glorioso occupauit, eodem,
 v. IV. quo Deus ipse, cultu honorandus adorandusque. Huic eius gloriae
 atque dignitati comparet velim vel ipsam angelorum, quos merito
 praestantissimos Dei ad homines legatos esse existimatis, quorumque
 praesentia maximopere religionis pristine vestrae initiationem esse ho-
 noratam putatis (1), praestantiam & dignitatem. Tanto excellentior
 certe angelis ipsis est legatus noster diuinus ad nouae oeconomiae di-
 uinae religionisque nostrae initiationem missus, quanto nomen illud
 v. V. filii Dei est illustrius nomine angelorum. Quum enim regem eum
 solemni alloquio designat, quod nulli angelorum pari modo dicere
 potest, quasi summi imperii, quod ei trasit, causam praemittit: Fi-
 lius mens es tu, quem ipse adhuc genero. Quod igitur alio loco de
 cunctis

(1) Negari hic sensus *Pauli* vix potest, si C. I. comenire debet cum admo-
 nitione ex eo C. II. 2 derivata, quam ob rem etiam C. II. 2, non magis
 angelos improprie vocatos intelligere possum, quam hoc loco & C. I. 14.
 Quum enim negare potuisse *Paulus*, adfuisse angelos in monte *Sinai*,
 atque improprie tantum ita dictos angelos intelligendos esse, docere, id
 diftere non solum non negat, sed & pluribus argumentis demonstrat, ver-
 ris etiam angelis *Christum* esse maiorem, atque ex eo concludit, grauius
 igitur esse, a doctrina per *Christum* publicata deficere, quam a lege Mo-
 saica per angelos publicata. Qui quidem alii angeli esse non possunt,
 quam quos *Christo* esse inferiores, ante probauerat *Paulus*. Recente ve-
 ro secutus sit inter omnes fere tunc temporis receptam opinionem, no-
 strum non est decidere, qui de nomine filii Dei tantum dilputamus.

enactis Davidis in regno successoribus ad maximum usque hunc perpetuo regnaturum regem declarat, de eo, summo omnium rerum domino, sensu excellentissimo valet: Ego ipsius sum pater, & ipse filius est meus. Admiremini igitur hunc diuinum interuum filium Dei, atque eundem conficiatis omnibus rebus ipsisque angelis imperantem. Quum enim alio loco hunc omnium filiorum Dei praestantisimum maximumque, &, ut humano more loquar, primogenitum regem in mundum introductum regiumque imperium suum aggredientem sisit, ipso pronocat angelos, ut imperio eius se submittant, atque adorationis cultu ministrorum instar eum venerentur, quem omnium rerum regem dominumque constituit (2). Quid enim sunt angelii ipsa natura & destinatione sua, nisi ministri Dei? Si ventis angelorum instar, fulguribusque ut ministris ut dicitur, quid est luculentius, quam non esse angelos nisi ministros throno diuino adstantes ac iussa eius exspectantes & exsequentes? (3). His vero, inquam, comparetis filium Dei, non adstantem & ministrantem ad thronum Dei, sed ipsum sedentem & imperantem in glorioso solio Deum solum imperante decente. Auditatis iterum facrum diuinumque poetam: Regius tuus thronus, o Deus, est sempiternus. Sceptrum regiminis tenuis, quod est rectissimum, iustitiae patronus, iniustitiae cuiusvis aduersarius

v. VI.

v. VII.

v. VIII.

v. IX.

(2) Psalmum hunc XCVII. alias de regni gloriis Christi aduentu vaticiniis simillimum non de viuensfali Dei in orbe terrarum imperio, sed de introductione regni Christi agere, nos promissus regis huius cultus in oris maritimis, nec non simulacrorum cultus ingens ruina inter alia dubitare non finit. Vberior eius demonstratio ad argumentum nostrum non pertinet. Tonante quasi caeli voce proclamatatur, regem hunc iustissimum imperare, atque, quicquid terram caelumque incolit, excitatur ad cultum regis huius venerabundum.

(3) Id quidem manifestum est, ps. CIV. 4. angelos ipso non ventis & fulguribus, sed ventos & fulgura angelis comparari, iisque Deum ut dici, sicut angelis, ministris suis, vtitur. At nihil minus egregia est demonstratio Pauli, non alijs subesse nominis angelorum notionem nisi ministrorum, quin **מושתים** & **מלכים** sint nomina se inuicem explicantia, hinc angelorum officium & natura ex utriusque nominis collatione constet. Potuisse et modis ex ps. CIII. 20, 21. argumentari.



versarius. Regno igitur tuo iam te, o Deus, solemniter quasi despontat Deus tuus, tibique sponso cum ingenti anticorum comitatu laetum coniuinum parat, largiori te suaneolentis olei infusione a reliquis omnibus disflinguit, sponsumque regium declarat (4). Sed omnium, dico, rerum regem eum constituit, eo quod ipse omnium rerum auctor est atque creator, quippe cuius solius est, omnibus imperare, quod psalmorum alio loco docetur, quo Deum alloquitur poëta ipsum immutabilem, suoque iussu caelum & terram mutantem: Tu quidem ipse, o Iehoua, terram fundasti, tuaque virtus caelos paravit, qui, caelis mutatis locoque suo motis nihilo minus ipse permanes idem.

v. XI. Instat enim tempus, quo vestis instar antiquae caeli deponentur, quo tu, inquam, ipse quasi stolam antiquitate attritam conoluves eos, quoque tuo iussu innovabuntur. Omnibus interim mutatis, tu semper es

v. XII. inanesque idem, neque tuae aetatis inquam imminent finis (5). Et cuinam denique angelorum id inquam concessit, ut honore divino fruatur? Quid vero aliud concedunt verba, quibus filium alloquens introducit: Iuxta me in throno sede, in quo ipse ut Deus color &

v. XIII. adoror, donec imperio tuo rebelles cunctos subiecero. Angeli contra quid sunt, nisi spiritus ad ministrandum Deo & Christo destinati, quibus vtitur rex ille gloriose imperans ob subditorum salutem, tanquam ministris legatisque suis, vbiunque voluerit (6)?

§. VIII.

(4) Lueuenta p. XLV. habet indicia, de regno Christi eiusque in regnum promissum introductione, quae more orientalibus consueto nuptiis comparatur, cani, quod, quum ad argumentum meum non spectet, apud alios legendum resingo.

(5) Evidem haud existimo, agere p. CII. de Christo, quod ob usum huius loci in demonstratione Pauli defendi opus non est, qui ex eo tantum probat, imperium illud in omnes res creatas ei contenire posse, eo quod ipse sit rerum omnium creator v. 2. ὁ θεός πληνένου παντῶν, δι' οὗ καὶ τοὺς θεῖούς ἐποίει Solius igitur creatoris esse, caelis & terrae imperare, probat, ipsum ideo hoc imperium Christi universale, eum caeli terraque conditorem esse, monstrare.

(6) Quod alio V. T. loco non probat Paulus, quum repeatat modo, quae iam ante ex p. CIV. 4. probauerat.

§. VIII.

Propius accedo ad illustrandum nomen filii Dei, atque

1) illud quidem inter diuinias *Christi* praerogatiwas referri, iam ex
praegressis constat. Triplex enim est praeflantia eius, quam tribus
demonstrationis partibus confirmat *Paulus*, prima, quae reliquis fun-
damenti loco praemittitur, quod sit filius Dei, altera, quod iure crea-
toris omnibus rebus imperet, vel ut hominum mediator etiam tam
uniuersale tamque absolutum imperium gerat, quale is solus, qui re-
rum omnium est creator, gerere potest, & tercia, quod eodem adsi-
ciatur cultu, quo Deus ipse colitur, post perfectum opus mediatoris
noui foederis diuini in terra. Iure creatoris imperare, diuinumque ad-
orationis cultum accipere, absque omni controuersia est diuinum. Qui-
bus si tercia additur praeflantia, ipsi cum nemine, neque praeflantili-
mis angelis, communis, quid colligis inde, nisi diuinum aliquid esse,
filium Dei esse? nullus igitur esse hominis angeline, eo sensu filium
se Dei praedicare, quo *Christus* ita vocatur. Ex quo porro iam gene-
ralia illa sequuntur, nihil esse posse a fine *Pauli* abhorrens, Christum
a diuina sua gloria describere hoc nomine, si per caput integrum re-
liquum praeflantiam eius ex mere diuinis praerogatiis deriuat, quae-
cunque denum argumentationis totius *Paulinae* sit ratio, non igitur
opus esse ob integrum *Pauli* demonstrationem, ut dignitas filii Dei ad
minus solum legati diuini, vel ad regiam dignitatem solam, quate-
nus humanae eius naturae est data, referatur. Si enim vbique ex
praerogatiis diuinis *Christo* quidem homini datis, at eo quod ipse sit
omnium rerum creator, argumentari potuit *Paulus*, quid impedit,
quo minus & hic ex iisdem argumentetur, non video. Quod eo ma-
gi illustratur, si solertia ad nexum archifluminum attendimus. Ιων &
καηγονικόν πάντων, qui omnibus rebus imperat, eo quod est filius,
qui est filius aeternus ex ps. II. 7, ideoque maximus etiam filius Dei
inter omnes in throno Davidis succedentes reges, & primogenitus
quasi, nec non, qui imperat omnibus, eo quod ipse est creator,
& in throno Dei sedet, eo quod in ipso resplendet ipsa gloria diuina,
& cuncta nutu suo confernat & gubernat, quo cum deinde conferriri
meretur



meretur nexus psalmi ipsius, in quo vniuersale imperium pollicetur ei Deus, eo quod ipse sit filius Dei, de quo deinde plura.

2) Non de diuina virtusque religionis, *Iudaicæ & Christianæ*, origine esse sermo *Paulo* potest, virtue nimis communis, quam ob rem ex legatorum diuinorum, quibus in publicanda virtuque yfus est, discrimine solo praestantiam *Christianæ* præ *Iudaica* colligit. *Christus* igitur certe praestantior fuit legatus diuinus angelis cunctis & *Mosè*, Dei in V. T. legatis & internuntiis. Certe itaque omnia ad demonstrationem, *Messiam*, quem *Iesum* esse *Hebrei* fatebantur, excellentiorem esse angelis & *Mosè*, redeunt, quod quidem primum eo probatur, quod sit filius Dei. Atque si id probat, ipsam *Messiae* personam multo esse illustriorem angelorum *Mosis*que personis, eum maiorem praestantioremque esse legatum diuinum, probatum dedit, hinc si ex gloria diuina huius personæ argumentatur, id est, si a diuina natura eum filium Dei nominat. Neque aliquid remanet difficultatis in ipso argumendo, eo praestantiorem religionem ipsam a Deo declarari, quo illustrior sit persona illius, quo ad homines legato & intermissione vtatur in ea introducenda. Fac vero, ad solam humanam naturam referri hoc nomen in demonstratione *Paulina*, vel, seposito omni respectu ad diuinam *Christi* gloriam, eum, quatenus est *Messias*, vocari filium Dei, nisi ad humanae ipsius naturae originem miraculosam referri debeat, quod hoc loco hucusque interpretibus paucis in mentem venit, vel integrum *Messiae* manus nomine filii Dei ei tribuitur, ita ut *Christi* & filii Dei nomina penitus idem valent, vel in primis, *Christum* regem esse constitutum, eo exprimitur. De quo quidem, qui huic sententiae adstipulantur, mentem strâni disertè non semper explicant. Si *Christi* filiique Dei nomina plane idem valent, *Christum*, quem *Iesum* esse supponit, angelis esse praestantiorem cœuincit eo, quod sit *Christus*. Vel itaque *Hebrei* ob dubia oborta erat demonstrandum, *Iesum* esse *Christianum*, vel *Christum* angelis esse maiorem. Si prius, *Paulus* diceret: Dubitatis, *Iesum* esse promissum *Messiam*, sed male dubitatis. Idem enim, qui *Messias* vocatur, in V. T. filius Dei vocatur. Sitne iiii hac responsione aliquid ad rem pertinet, lectoribus relinquo iudicandum. Si posterius,

posteriorius, ita argumentatur: Dubitatis, *Christum* esse angelis maiorem, maleque dubitatis. Vocatur enim filius Dei, hoc est, nomen *Christi* gerit. Forte dicas, honoris saltim signum esse praecipuum hoc nomen, ideoque, quam excellens dignitas sit illius, qui *Messie* munus gerit, demonstrare. At vereor, quo minus diuina ex humanis metiari, atque titulis meritis ob honorem augendum ornare legatos suos Deum existimes, eodem, quo inter homines fieri solet, modo. Addidisset enim muneri *Messiae* ex mente *Pauli* nomeni aliud splendidius vistum nihil aliud exprimens quam nominem ipso *Messiae* expressum. Etsi vero plura eiusdem dignitatis esse possint nomina, recta maioris dignitatis demonstratio ex altero tamen nomine repeti non potest, nisi maioris aliquid in re ipsa exprimat nomen. Nullam igitur vim habet argumentatio *Pauli*, si plane idein valeat nomen filii Dei ac nomen *Messiae*.

3) Fac igitur, regiae dignitatis nomen hoc esse, seu docere filii Dei nomen, splendidum regem esse *Messiam*, pari igitur sensu de *Christo*, illud adhiberi, quo de regibus V. T. etiam illud cum sermonis *Pauli* arguento & fine vix conciliari posse, in promptu est. Sequentia tantum obseruare liceat: a) Nominis filii Dei non angelis tantum, sed & prophetis omnibus V. T. v. i. in primis *Mos. C. III. 5.* 6. opponitur *Christus*. At quum eodem sensu nomen hoc tunc de *Christo* adhibeat, quo de *Davide*, *Salomone* aliisque regibus, nescio, cur *Mos. filius Dei* non aequi vocari mereatur, ac *David*, nisi quod regis titulo caruit, et si regis diuinatus constituti in eodem populo iura exercuerit & officia administraverit. Neque *David* ex numero prophetarum V. T. excludi potest, quibus omnibus *Christus* nomine filii Dei esse praeflantior dicuntur, & nihil minus *David* eodem sensu est filius Dei, quo *Christus*, si nomine hoc nihil exprimitur aliud, nisi regium munus. b) Id querere, sintne angeli ideo regibus inter homines inferiores, quia hi nomine filiorum Dei condecorantur. Quod si non est, nihil ex nomine filii Dei idem valente ac regis nomen, de praeflantia *Christi*, qua angelos supereret, sequi potest, at qua ratione illud possit probari, reges hoc titulo praeflantissimis angelis esse superiores, me non perspicere, ingenue fateor. c) Apertum est, filium Dei



Dei opponi reliquis omnibus, ut ministris Dei. Ita enim *υἱοὶ & λειτουργοὶ* C. I. ita etiam *υἱοὶ & θρησκέων* C. III. 5. 6. opponuntur. Num igitur reges non aequae sunt ministri Dei ipso minnere suo, ac *Moses* & *angeli?* ROM. XIII. 4. 6. Nonne idem *Daud* & *Salomo*, qui ob regiam suam dignitatem filii Dei vocantur, ob eamdem saepius serui & ministri Dei appellantur? Nonne ipse *Christus* in V. T. etiam quā rex diuinitus constitutus, seruus Dei appellatur? Qua ratione igitur nōminum horum oppositio sibi constare, & ex ea aliqua *Christi* praeangēlis & *Mose* praestantia colligi potest? d) Ex summo *Christi* imperio, hinc ex regia eius dignitate nonuin deinde argumentum praestantiae *Christi* repetit *Paulus*, atque quam satis clare hoc praestantiae argumentum ab illo distinguat, et si certe rationem tam amplae potestatis ex dignitate filii Dei reddat (quam ipsam vero ob causam dignitas haec non titulo mero, vel ipsa regiae potestatis notionē absoluī potest): iure colligo, filii Dei dignitatem aliud quid exprimere, quam meram regiam dignitatem. Alias enim *Paulus* primum ex regis titulo, & deinde ex regio imperio ipso argumentaretur, quod quidem oratorum nonnullorum, qui ex certis locis communibus argumenta cumulant, vel Systematicorum nonnullorum, qui primum semper argumentum ex nominibus rerum querint, consuetudini similis videtur, quam *τέρπω πανδεῖος* reliquo *Paulino*.

4) Liceat igitur ex omnibus concludere, *Christum* quidem a *Paulo* considerari, vt *Messiam* humana etiam induitum natura, atque in eadem in terra degentem & mandata diuina perferentem, ea igitur ratione, qua cum *Mose*, interprete Dei ad *Ifrābitar* in institutio-
ne oeconomiae veteris, non cum Deo ipso leges in monte *Sinai* ferente, comparari potest, atque id demonstrari, non obstante humili-
tia, qua in terra apparnuit, forma, quae in primis *Iudeos* nil nisi
splendida & magnifica exspectantes offendere solebat, *Mosei* reliquos-
que legatos diuinos longissime superare, eo quod diuina fulgeat filii
Dei gloria & dignitate. *Christi* igitur, qua diuina ad homines legati,
praestantia certe describitur, at ex personae ipsius excellentia,
per quam sine dubio ipsum legati diuini minus solemnius splendidius-
que est redditum. Quam ob rem nihilominus nomen ipsum tantum

ad

ad diuina est referendum, atque si absurdii nihil habet, doctorem iu-
mum docendi constitutum inter alia a regia quoque stirpe laudare &
commendare, multo minus id difficultatem habere potest, si a natu-
ra sua excellentissima commendatur legatus diuinus ad introducendam
religionem Christianam, quae non honori tantum ipsi est, sed & vir-
tutes, quas regia stirps nulla concedere potest, summo huic homi-
num doctori attribuit.

§. VIII.

De oraculo diuino ex ps. II. 7. allegato dicetur deinde, de al-
tero vero ex 2. SAM. VII. 14. queri adhuc solet, quomodo ad diuinam
Christi dignitatem pertinere possit, quod intactum relinquere nequeo,
quum integra arguuntorū vis infringi & labefactari vnicō hoc loco
videatur. Vaticinium hoc ingentis fuisse ab initio celebritatis, atque
inter maxime notabilia tempore V. T. data relatum, crebrior foederis
huius cum *Dauide* sancti eique promissi throni regii perpetui com-
memoratio eredere nos iubet. Duplicis enim promissi similis argumenti,
quod ex plurimis locorum collatione colligunt nonnulli interpretes,
idoneam nullam inueni rationem. Sanctissimum ergo illud Dei cum
Dauide foedus, quod quam solemnissime sanxisse atque iure
etiam iurando confirmasse dicitur ps. LXXXIX. 4. 5. 34. 35. 36. CXXXII.
2. ILⁱ IES. LV. 3. cuius maximum promissum fuit perpetua stirpis *Da-*
uidiae in regio imperio continuatio, quod quidem sine dubio in *Chris-*
tfo demum est impletum, in eo continetur. Maximus igitur perpe-
tuusque rex iste, qui, quod ex regia *Dauidis* fuit stirpe, eti eius
imperium longe fuerit excellentioris generis, *Daudi* & successoribus
eius ultimus denique in regio throno datur successor, eo promittitur.
Coniungitur cum praecipuo hoc promissio alterum illud, quod brevius
traditur, de *Salomone*, proximo eius successore, qui templum aedi-
ficare debeat *Iebouae*, quod quidem, quun*Hierosolymis* regiam suam
sedem haberet domus *Dauidis*, sedemque perpetuam eadem in urbe
Deus sibi figeret, pignus quasi erat promissi illius maioris certo im-
plendi. Idem saepius in libris sacris commemoratur vaticinium, eti
non verbis iisdem, modo templi a *Salomone* aedificandi occasione a *Da-*



nide 1 CHRON. XXII 7. seqq. a Salomone 1. REG. VIII. 23. seqq. 2 CHRON. VI. 4. 15. seqq. 42. & a Deo ipso 2 CHRON. VII. 16. seqq. qua occasione maius illud promissum post impletum vel mox implendum alterum illud de templi aedificatione semper repetitur, modo occasione continuatae vel continuanda domus Davidicæ in throno regio vel conseruandæ regiae eius sedis urbiske Hierosolymæ 1 REG. XI. 36. 2 Reg. VIII. 19. ps. LXXXIX. CXIII. 2 REG. XIX. 34. XX. 5. 6. IES. LV. 3. IER. XXXIII. 14 - 22. Mirum igitur non est, si variis locis, quibus ad idem respicitur vaticinium diuinum, non isdem commemoratur verbis, atque quin templi causa in primis 2 SAM. VII. 12. seqq. allegetur, contractius videtur exhiberi. Nulla enim iuris iurandi diuini fit intentio, neque solemnis foederis instar proponitur, Salomo etiam expressè inter plures Davidis filios non nominatur, quod nihil feci factum esse, merito ex 1 CHRON. XXII. XXVIII. colligimus, nisi nouam postea Davidi factam visionem diuinam, quae nullum in libris facris habet vestigium, fingere velis. Id vero ex ipsis verbis iam satis intelligi potest, Deum, si patrem se pollicetur ipsi Salomonis, id in primis promittere, se singulari familie eius protectione perpetuo hanc velle conseruare, eamque in throno regio ad extrema usque tempora stabilire, quod tam praegressa quam consequentia satis confirmant, atque merito ideo promissum illud non Salomonis soli, sed & Davidi ipsi & cunctis eius in regno successoribus datum credi. Quod in primis ex umberiori promissi huius diuini explicatione, quam ps. LXXXIX. habet, illustrari potest. Regnum enim perpetuum, non diuturnum tantum, promitti, quod magis ambigue per vocem exprimitur, luculentius hic explicatur, si thronus Davidis fore כִּי־שָׁמֵם v. 30. כַּעֲדָר בְּשָׂרֶךְ & כִּירָח v. 37. כִּשְׁמִינִי dicitur, ex quo sequitur, Christum ipsum inter successores Davidi promissos comprehendendi. Ad Salomonem vero non tantum, sed ad Davidem etiam cum posteris omnibus pertinere diuinam ascensionem, se patrem ipsis esse futurum, cum adiuncto promisso paternæ solius correctionis fine familiae integræ refectione, ex psalmi huius v. 27. seqq. est manifestum. Quam ob rem quin inter continuos Davidis successores ipse Christus comprehendatur, huic etiam Deus se profitetur patrem,

sed

sed huic adhuc praestantiori sensu, quam reliquis, quum ipse sit rex
 conseruaturus imperium Davidi promissum ad tempora usque extrema,
 reliquique reges omnes sint filii Dei, qui ipsum experuntur patrem,
 ob regem hunc maximum & perpetuum ex ipsorum familia oriundum.
 Proprie itaque hic est filius Dei, cuius causa reliqui reges omnes a Deo
 filiorum instar habentur, cui igitur sensu praecipuo inter omnes reges
 Davidici regni praestantissimum hoc nomen merito tribuitur. *Paulus*
 notissimam hanc atque ex ipsis veteris foederis libris demonstran-
 dam explicationem sequitur, &, quum scriberet haec, nisi admodum
 fallor, v. 28. psalmi huius in mente habuit. Quum enim haud sine
 causa & occasione nominibus non vulgari usu receptis, & de Christo
 in primis πατοτόκου nomine ut soleat, ipsum, si addit: ἐπειδὴ^ς
 πάλιν ἐπερχόμενον τον πατερόν εἰς τὴν ἀναφύσην, psalmi verba
 אָמַן בְּכֹר עַלְוֹן לִמְלֵיכִי אֶרְךְ^{אָמַן}, attendisse, probable
 videtur. Quorum verborum sensum in nexus suo hunc esse existimo:
 Non ipse solum Davides cui proximus successoribus patrem me agno-
 scet, sed, quod maius est, tandem eo eueham eum regnumque eius,
 vt inter filios eius rex ex stirpe eius fiat primogenitus, omnesque re-
 ges terrae, tanquam cellissimus rex, longissime superet. Quod in
 Christo solo esse impletum arbitror, hunc itaque promissum Davidi
 filium Dei esse, qui reliquorum omnium sit primogenitus, Paulus
 iure dicere potuit. Conferri adhuc meretur utroque loco promissio de
 coercendis filiis Davidis paterna castigatione, quam Psalmi auctor ad
 omnes Davidis posteros referit, ubi numerum ob defectionem a man-
 datis diuinis, in primis ob derelictum uinci veri Dei, regum ex stirpe
 Davidis ortorum patris, cultum correctione eiusmodi opus esset. Di-
 ferente enim illa non Sauli tantum, sed & integræ eius familiae reie-
 ctioni opponitur, atque in primis confirmandæ promissioni de fami-
 liae Davidicæ ad Christum usque, perpetuum regem, inservit. Quo
 amplius confirmatur, non Salomonem solum, sed reges ad Christum
 usque omnes filiorum Dei nomine venire, neque ad omnes paternam
 hanc castigationem referri debere, sed pro varia eorum conditione
 ad eos tantum, quos defecturos esse praeuiderit Deus, omniumque
 minime ad eum, qui regum omnium Davidicorum postremus sine



successore esse debebat, cuius causa tota haec familiae confirmatio promittenda fuit. Tantum itaque absit, ut impediant haec, quo minus de *Christo* intelligi possint verba praegressa, ut potius ipsa in nexu suo considerata confirmationem huius explicationis aliquam suppeditent. Ex iis, quae diximus, etiam id facile cognoscitur, non esse, cur de sensu eminentissimo nominis filii Dei, si ad *Christum* referatur vaticinium illud ad ipsum indubie pertinens, dubitetur, quin reliquis quidem regibus patrem se offerat Deus ob exspectandum hunc regum omnium maximum, eumque reuera regibus omnibus praeferrat. *Paulus* vero satis luculentē, quae de *Christo* praedicat, ita connectit, ut haec dignitas, qua pollet ut filius Dei, rationem continet reliquae etiam *Christo*, ut hominum mediatori, concessae summae praestantiae, & in primis amplissimi eius imperii. Quod itaque aliis locis obseruamus *Paulo* consuetum, ut nimis duo V. T. loca in una eademque demonstratione coniungat, nostro etiam loco animaduertimus. Vtique enim loco coniuncto id probat, *Christum*, quem omnes regem ex *Davidis* genere oriundum maximum exspectauerant, hoc in primis vaticinio inducti, ea maxime commendari praestantiae, quod sensu illo eminentiori, qui ex loco priori appareat, sit filius Dei, atque ob hanc praestantiam summae potestatem inter omnes reges *Dauidicos*, quam reliquorum nemo capere potuerit, accepisse. Simili modo v. 8-12. ex ps. XLV. & CII. coniunctum summis demonstrat, iure creatoris imperare *Christum*, atque C. II. 11-13. ex ps. XXII. 23. & Ies. VIII. 17. 18. coniunctis, eosdem, qui *Christo* sint fratres, ab eodem pro filiis agnoscit. Si nostro loco, *Christum* esse filium Dei, eodem modo sensu probare voluisset, quo *Iudaorum* reliqui reges hoc nomine vocari poterant, unus hic locus sufficeret. At quum, *Christum* multo eminentiori sensu reliquis filium esse Dei, demonstrare velit, praemittit locum illum ad *Christum* solum dinamique eius praestantiam pertinentem, eidemque alterum innitit, quo ipse ut rex temporis eodem nomine promittitur, cum luculentis praestantiae, qua reges reliquos, quibus patrem ob ipsum hunc regem Deus se pollicetur, superet, indicis, quae in diuina regis huius gloria, qua ipsa natura sua aeternus est filius Dei, suam habet rationem.

§. X.

§. X. *ad Gal. 4. 14. 15. 16.*

Vt reliqua breuius addam, in eadem epistola *Paulus* comparat *Christum* tanquam Dei ἀπέστολον *Mosī*, ἀπόστολον Dei in V. T. C. III. 1. sqq. sicut eum ἀρχιερεῖα a C. IV. 14. *Aaroni* & reliquis sacerdotibus confert. Illi iterum tanquam *θεραπόντι* s. ministro eum tanquam filium Dei opponit, ita ut nihil sit luculentius, quam nomen filii Dei summo intelliġi sensu, quum vix ex comparationis huius difficultate extricare se possint, qui filium improprie dictum intelligunt. Breuitati vt iterum eo melius consulere possim, *Pauli* mentem aliquanto liberiori exprimam paraphraſi, facile cum verbis ipſis conferenda:

„Domum quasi, inquit, habuit Deus sub oeconomia veteri, & domestici eius fuerunt *Iſraelītæ*, domum etiam habet in nona oeconomia, & domestici eius sunt *Christiani* omnes. Vtiusque conditor & dominus est Deus ipse, & utrique praefecit oeconomum familiam domesticosne omnes gubernantem, illi nimirum *Mosēm*, quem ipse vt ministrum integrae domui praefectum sibi que familiarissimum laudat NVM XII. 73. huic vero *Christum*, quem nobis dominum praefecit. Sed ille quidem ipse non fuit nisi *θεραπέως*, quo nomine ipse Deus eum appellat. Hic non est ex *θεραπέᾳ*, sed filius ipse, qui, quod ipse nostis, inter *ἀγίους* refertur, atque τὴν *θεραπέϊ* opponitur, quod bonorum paternorum ipse est haeres. Quantum igitur ipse dominus praefat domesticos quibuscumque, qui ipsius sunt ministri & servi, tantum etiam servis omnibus praefat filius domini. Quanto igitur Deus domestici suis omnibus est maior, tanto ipse *Christus*, vt filius Dei, *Mosē* ipso est praestantior, quam domui quidem praefit aequae atque ille, vt oeconomus, simul vero ipse fit filius, in dominio domus partem habens. Multo igitur maiorem habet oeconomum domus Dei in N. T. quam domus Dei in V. T.” Idem fere est discrimen inter *Mosēm* & *Christum*, quale inter *Eliezerem* & *Iſaacum* fuisset, si hunc illius loco familie praefecisset *Abrahamus*.

Non video, quomodo aliqua cum specie hic defendi possit impropria filii Dei notio. Quis enim id negaret, eo sensu, quo filii fuerunt



fuerunt Dei David, Salomo, Rehabeam aliquae reges, Mosem certe, & hunc adhuc multo magis fuisse filium Dei, quo multo usus est familiarius Deus, quam illis, quemque, quod ipse dicit, honore dignatus est, quem mortalium nemo obtinuit? Quis negaret, quod ipsa scriptura diserte dicit, Christum in munere suo spectatum habet minus seruum fuisse Dei, quam Moses? Qua ratione itaque Moysi in munere seruo ipse in munere filius opponi posset? Certe facere vix possem, quin Paulum falsorum & artificios ad lectorum fraudem effectorum argumentorum accusarem, nisi sublimiori sensu intellexisset nomen filii Dei. Non munere itaque, sed ipsa natura sua Christum esse filium Dei, ideoque eum aequale cum Deo ipso habere dominium declarat indubie, atque hunc inter euidentiora loca referre non dubito. Admodum sententia Pauli hoc loco esse sunilis videtur parabolæ Christi, in qua seruos & filium ut maiorem opponit MATTH. XXI, 33. seqq.

Eandem inuenies etiam oppositionem, si sacerdotes & Christum comparat Paulus. Ipsum, quem filium declarauit Deus, pontificem etiam constituit C. V. 5. 6. Quod enim ante probauerat Paulus, regem nostrum ipsum esse filium Dei, hic etiam duobus V. T. locis coniunctis probat de ipso sacerdote. Addit, nihilominus eum esse passum, & in humillima conditione patris se submississe voluntati, et si esset filius v. 8. substitutas quæsio, et si esset Messias, & nescio, quid magni, immo quid veri dicat, quoniam Messiae sine dubio ob munera rationem esset, morte sua se ipsum Deo sacrificium pro hominibus offerre, subire itaque tristia illa fata, quae subiit Iesu. Addas velim sacerdotes οὐδέποτε oppositos sacerdoti v. 9 C. VII. 28. sicuti ἔχοντες καθέναν huic eis τὸν αἴσιον τετελεσμένον opponuntur, quod iam melius intelliges, si Christum ipsa natura sua filium Dei dici memineris, quam si hominem eum eidem olim subiectum conditioni, cui reliqui mortales, hominibus oppositum cogitas.


Q. XI.

Addam his alia nonnulla, ex reliquis N. T. libris, quae sublimiori huic notioni nominis filii Dei Christo impositi confirmandæ inservire possunt. Quae ut breuius complectar, ad sequentia redeunt;

i) Si

1) Si pater & filius sibi adiungantur, ut nomen alterum ad alterum se referat, vbi de *Messiae* munere sermo esse nequit, quid rebus inde colligimus, quam nomen illud aliud quid exprimere, quam eum, qui munere sit *Messias*? Si baptizare iubentur apostoli in nomine patris & filii & spiritus sancti MATTII. XXVIII. 19. quid per filium intelliges? Si eum tanquam *Messiam* considerandum esse existimas, quid quoque est spiritus sanctus? Si ut Deus hic commemoratur, quid magis est naturale, quam nomen patris & filii non exprimere mittentem & missum *Messiam*, sed patrem non minus ac filium his nominibus aequo ut Deum nominari. *Socinianorum* enim explicatio de egregiis in apostolos reliquosque Christianos collatis donis ne speciem quidem habet. Dona enim inter personas miscere, atque in donorum nomen baptizari iuberi, nimis videtur absconum. Si MATTII. XI. 27. nomen *Messiae* substituas in locum filii Dei, nihil fere Christus dicere videtur, si, neminem patrem nosse, nisi *Messiam*, neminternique *Messiam*, nisi patrem, afficerat, nisi archioris patrem inter filiumque vinculi, quod maius sit mutua legantis & legati, inauguratoris & inaugurati ad se inuicem ratione, notio comprehendatur. Sed his diutius non immorabor.

2) Si adiiciatur nomini filii vox *μεγαλεῖν*, quod fit saepius, quae Hebraeorum respondet יְהוָה אֶלְךָ, id quidem facile largior, vnicum hanc filiani esse vniue dilectum vel filiorum omnium carissimum, at sine dubio vnicum filium filiu[m] exprimit, quod id saltim probat, sensu eminentiori omnibus reliquis, qui filii Dei vocantur, eum nomen hoc gerere, non itaque muneris tantum causa, in quo conniret cum aliis muneris causa ita vocatis. Etsi enim gracci V. T. interpres vocem יְהוָה nonnunquam explicent per *אֶלְךָ*, ipsa tamen notione sua vox hebraea nonnisi ob uitatem in primis dilectum exprimere potest, atque ipsi interpres dilectionissimum dicunt loco vniuersi. Sic *אֶלְךָ* אֲשֶׁר אַחֲרֵךְ, יְהוָה אֶלְךָ, non esse potest amatus, quem amas, sed vniuersi, quem amas, GEN. XXII. 2. vniuenique Abramiti filium in suo genere fuisse Isaacum, quisque nouit. Modo igitur vocem *μεγαλεῖν*, modo *אֶלְךָ* in locum hebraeae vocis subsituant. In primis de filio si dicitur, nullo exemplo




exemplo probari potest, unitatem ex notione excludi. Quod enim de *Salomone*, unico *Dauidis* filio i CHRON. XXVIII. 1. praeter *Iaaci* exemplum obicitur a *Sociniani*, huc non pertinet. Non enim יְהוָה, sed יהוָה hic exstat, neque a grassis per μονογενή vel αὐτοπτὸν vertitur, sed per εἰς, prout loco εἰς legendum videtur, neque unicus *Dauidis* filius *Salomo* dicitur, sed unus ex omnibus filiis electus, ut rex fieret. Nullum igitur eiusdem generis alium filium esse Deo, demonstrat, atque si de voce Ιωάννου res dubia sit, de hac voce μονογενῆ est certum; si filii nomini adiungatur, non dici nisi de filio naturali. In primis si integrum spectas phrasim μονογενῆ πατέρα τοῦ πατρὸς ΙΩΑΝΝΟΥ. I. 14. exemplum defidero, ubi pro dilectissimo patris dicatur, quum ipsa verba ad unice a patre genitum ducant. Saltim duriores aliae explicationes preferri tantum huic possunt, ne id concedatur, quod alias sequeretur, quodque concedi nolunt *Sociniani*. Etsi alteram illam descriptionem v. 18. ἐπί μονογενῆ Ιωάννου τοῦ πατέρος τοῦ πατρὸς, non ita intelligam, vt in finu alienius esse idem sicut ac generatione ei esse coniunctum, de arctissima tamen cum patre unione, quam apud *Hebraeos* nonaunquam haec locutio exprimit, non de amore tenerissimo solo, est necessario cogitandum, quum ratio a *Ioanne* reddatur, cur solus hic de patre studire homines possit, atque si de solo amore intelligitur, saltim μονογενῆ non dilectissimum, sed suo modo unicum, significare potest, nisi utrumque idem dicere debeat. Nisi denique nomen Ιωάννου μονογενοῦς C. III. 16. sensu accipiatur eminentissimum, omnis sermonis Christi vis perit. Fae enim, dici, Deum unicum vel dilectum *Messiam* dedisse, idque summum amoris diuini esse documentum, nescio quid velit, nisi dicat, *Messiam* eum dedisse, qui sit unicus filius eius, atque hoc si dicat, internam *Messiae* excellentiam, non munus *Messiae*, exprimit nomen hoc.

3) Accuratori nonnullarum propositionum, in quibus nomina *Christi* & filii Dei coniuncta sunt, explicatio, nisi sensum fundere debant nullum, nos cogit, non unam eamdemque notionem utrique subiictere nomini. Si Euangelium de *Iesu Christo*, qui sit filius Dei, legis MARC. I. 1. ROM. I. 3. 4. num persuadere tibi potes, idem hoc esse atque

atque Euangelium de *Christo*, qui sit *Christus*? Adde I. COR. I. 9. 2.
COR. I. 19. 1 IOH. I. 3. 7. III. 23. V. 20. Si Paulus praedicavit, *Christum* esse filium Dei, mama id docuit, *Christum* esse *Christum*? ACT. IX. 20. Alteram enim lectionem *Incoev*, quam praeserunt nonnulli, non quidem praferendam esse existimo, quod vero huius non est loci vberius probare.

4) Quum ante, aduersarios *Christi* ipsos sublimiore nominis huius notionem agnouisse, demonstrauerim (§. V.), quid *Christus* ipse de hac *Iudeorum* opinione iudicauerit, attentionem meretur. Si enim ipse eam approbavit, vel saltim ipsa confutandi erinicationes aduersariorum ratione tacite concessit, ipsa haec aduersariorum testimonia *Christi* approbatione demonstrandi vim nanciscentur. Nullam IOH. V. 19. seqq. negationem *Christi* inuenies, se patri aequalem se facere nomine filii Dei, quod blasphemum iudicauerant aduersarii, sed id tantum respondet, patrem sibi hominum mediatori eandem plane in terra dedisse potestatem, quam ipse habeat, quod ingentia opera, quae perficiat, demonstrant, quodque adhuc maioribus monstratur aliquando sit operibus, idque ideo, quia sit filius Dei. Non igitur verbis suis vt fidem habeant, se poscere, nisi & opera quam luculentissime sermonum suorum veritati testimonium praebant. Confirmat itaque vere, se Deo aequalem se facere. atque, quod diserte non ait, saltim re ipsa luculente concedit, eo, quo patri se aequalem faciat, sensu se esse filium Dei, atque hanc esse rationem, cum sibi, legato suo, tantam pater concedere potuerit potestatem. IOH. X. 31. seqq. respondere quidem nonnullis videtur, se eodem modo esse filium Dei, quo reges & magistratus sint dñi. Atque quum diserte id non dicat *Christus*, quod cum reliquis eius de se, filio Dei, sermonibus & nominis huius de *Christo* vnu integro non consentit, quod luculente de sensu illo inferiori iam probatum esse existimo, in sermonem eius non est inferendum, quum satis commodum & cum reliqua scriptura melius consentientem sensum admittant verba *Christi*. Primum igitur id quidem ipsis verbis apparere, a minori ad maius concludere *Christum*. Si istis licet, non ine deorum vii, multo magis me.



maximum Dei legatum, filium Dei profiteri potero, blasphemiae itaque accusari non mereor. Num quaeſo ex eiusmodi reſponſione recte colligi potest, non eminentiori ſenſu *Christo* hoc nomen competere, quam magistratibus? Nonne potius, ſi, multo magis hoc nomen ſibi conuenire, ait, recte contrarium concluditur? At dicas forte, blasphemiam ſaltim ipum eo argumento anoliri, quod inferiorem illum ſenſum requirere videatur, quoniam, eti hoc ſenſu acceptum nomen sine blasphemia adhibeat, eminentiori tamen ſenſu ideo non sine illa usurpetur. Sed nihil dicit aliud, niſi honorem ſibi attribuere, qualēm vere habeat, non eſſe poſſe blasphemum, ideoque ſe multo minus, cui maiori iure competat nomen filii Dei, peccare, quam magistratus, ſi diuinitus ſibi conveſſum honorem arrogent. Ex quo nihil ſequitur, niſi aequē vere ſe poſſe filium Dei ſe praedicare, ac magistratus, non autem ſe non niſi eodem modo, quo hi, illud de le poſſe profiteri. Deinde iterum ad opera eos ablegat, quibus, ſe non niſi vera de ſe dicere, demonſtrat, ex quibus igitur poſſunt colligere, ſe eſſe in patre, patremque in ſe. Quo, quām de nomine filii Dei eſſet diſſenſus, explicat, qua ratione filium Dei ſe eſſe profiteatur, minirum obarctillūnam eum patre coniunctionem, ex quo mihi certe eminentior huius nominis significatus, quam quo de magistratibus dicitur, ſequi videtur. Non enim magistratus eo ſenſu, quo ſe in Deo, Deumque in ſe eſſe dicant, dii exiſtāri poſſunt, quod ſaltim arctifimam inter ipsos Deumque coniunctionem exprimit, quām non obconiunctionem, ac ne voluntatis quidem confeſſionem, ſed ob ſimilitudinem in imperio dii vocentur. Quām ob rem etiam *Iudeis*, quibus, deos vocari magistratus, blasphemum videri non poterat, ferino *Christi* denuo videbatur blasphemiae ſimilis, quod noua, interficiendi *Iesum*, tentamina pariebat. In confeſſione denique coram in-dicio *Christus* ne verbo quidem indicat, ſe alio ſenſu, quam quem blasphemum declarabant iudices, intelligere hoc nomen, addens po-tius, diuina ſe gloria ſe proxime ſeueriſſimiſ in hostes fuos poenis maniſteſtaturum eſſe, quod quidem, in primis ſi reliqua ſublimioris nominis notionis indica ſimul confeſſimus, maiori iure pro appro-batione quam improbatione eius eſt agnoscendum.

5) Quibus

5) Quibus omnibus adhuc addi potest ROM. VIII. 32. οὐ τοῦ
ἰδίου νόμον εἰς φέστατο. Quae quin satis luculente conuenienter cum
verbis Dei ad Abrahamum GEN. XXII. 12. לא חשבת את בְּנֵךְ אֶת
יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אֲזַרְעָל מִצְמָנוֹן manifestum est, τὸν ἴδιον νόμον hic esse eundem ac τὴν ὑστερὸν μερογε-
νῆ, atque hoc saltum loco emphasi non carere, ut non queruntur si-
lium, sed naturalem Dei filium, sicut Abramini filius naturalis fuit
Isaacus, indicet. At ipsa etiam argumenti ratio maiorem, quam
Messiae in munere spectati, notionem sine dubio poscit. Fac enim,
hanc tantum filii nominis subesse notionem, quid diceret *Paulus*, ni-
si proprio nomine s. dilecto *Messiae* non pepercisse Deum? Sic vero,
quaenam argumenti vis esse possit, me nescire, fateor, quam *Mes-
siae* munus id posceret, ut nostro loco calamitates mortemque ipsam
subiret. Sed mitto plura, quum ex omnibus iam satis constare exi-
stimem, praestantiorēm potius *Messiae* naturam, quam officium & mu-
nus hoc nomine in N. T. exprimi.

§. XII.

His vero praemissis, ad loca V. T. accedamus, ex quibus in primis notissimum illud oraculum ps. II. 7. accuratiore indiget consideratione, ex quo nominis huius de Christo frequentissimus usus praecepit originem traxit, & quod a Paulo ipso pro classico in hoc argumento habetur. De quo ut rectius breviusque indicari posse, praemittam iterum breuorem psalmi totius interpretationem, ex qua deinde, quae ob finem nostrum vberiori illustratione indigent, copiosius explicabo. Rex sicutur adueiens in regia pompa ad occupandum iure suo imperium diuinitus sibi concessum, at commotiones videt ingentes rebellium hostium contra imperium ipsius mala molientium facinora, loquens igitur rex introducitur hostesque terrens granisimis minis: "Populos, terras incolas, contra imperium meum tumultuantes admiror, gentes mala, at inania agitantes consilia. Reges terrae, quid est, cur consilia conferant, quam vanum, quod simperantes mutua foeda neglect, contra Iehouam rebellantes, regem qui ab ipso inauguratim repudiates. Turpia inuenit consilia: Regi



hunc nout subiicere nos nolamus, agite, vnitis viribus resistamus,
vincula eius rumpamus, funesque, quos iniiciet, ruptos abiiciamus.
Sedet spectator vniuersi orbis terrarum Iehoua in coelo, regia sua se-
de, atque vana molimina eorum deridet. Subito ira commotus to-
nantem edit vocem, iracundis alloquitur terrentibusque rebelles ver-
bis: Ego vero, inquit, is sum, qui hunc solemniter vocatum in Zio-
ne, sanctissimo meo monte, regem constitui. Audit, tacet, stu-
petis. Me igitur, consilia diuina vobis aperiente audiat, meisque
monitis obtemperetis. Mihi tradidit imperium meum solemnibus
verbis: Filius meus es tu, filius, quem hodie genui (*). Ideo tibi
poscere licet, quicquid meum est. En, quotquot sunt gentes, vt
subditos tibi trado, en terram integrum accipe iure dominii possiden-
dam regendantque pro arbitrio tuo. Rebelles puniendi potestate vte-
re, cum sceptro tene ferrea arma, quibus concutias, confringas con-
terasque eos operis instar fictilis, quod uno frangitur ictu. Attenda-
tis, reges, & intelligatis, terreannini his minis, orbis terrarum imper-
antes. Profunda cum veneratione genua flectite Iehouae, laeta
cum reuerentia extollite iubila; oscula offerte filio, ne ira commo-
tus funditus vos perdat. Breui enim inflammam erumpet iustae in-
dignationis ignis in pectore incensus. Felices sunt cuncti, qui reue-
rentur eum.

§. XIII.

Quod itaque primum hic in quaestione venire solet, est, quis-
nam ille rex sit, quem loquentem *Danid* introducat [(*Danidis* enim
esse hunc Psalmum, *Petrus* dicit ACT. IV. 25. nec est, cur id negari
debeat). Nonnullis enim de se ipso suoque imperio canere videtur,
aliis de se ipso quidem, ita tamen vt per imperium suum regnum
Christi splendidissimum adumbratum sistat, aliis de se solo initio car-
minis, ita vt subito postea sermo ad *Christum* solum conuertatur, aliis
de *Christo*, regum omnium *Davidicorum* maximo, solo. Secunda
harum

(*) Quum ad verba haec omnia redeant infra illustranda, distinctius ex-
plicare ea paraphrasi hae nolui, ne inferre aliquid verbis videar, & pro-
certo iam supponere, quod demonstratione adhuc indiget,

harum interpretationum vix habet, quo se tueatur. Etsi enim, typum fuisse Dauidem, negare nolim, duplex tamen eiusmodi sensus vix admitti potest, nisi id ante indubius sit argumentis probatum. Dauidem vere nonnunquam de se, ut typo, & de Christo per typum hunc adumbrato simul cecinisset vel, quod idem est, celebrasse iisdem verbis praesentes vel praeteritas res, & simul etiam alias longo diuinum tempore post futuras, atque nisi in ipso psalmo coniuncti eiusmodi sensus luculentissima dentur indicia, in primis quoniam sint in hoc psalmo, quae de Dauide plane dici nequeant. Tertia caussam saltem idoneam in psalmi verbis, quae haud adest, requireret, cum a v. 7. inde de alio rege sit cogitandum, quam de quo ab initio actum erat, quoniam de se ipso loquatur idem sine dubio, si naturalem rerum verborumque nextam spectas, qui ante rex a Deo constitutus dictus erat, quemque regum populorumque plures agnoscere detrectabant v. 1. qui ideo ultima psalmi parte ad subiectiōnē admonentur, antequam pōenis eis coērēat seueris rex constitutus v. 10. De rege vero aliquo Dauidic sermonēm esse, diserte dicitur v. 6. Nullus enim aliis rex est in Zione, hinc vel de Dauidō ipso, vel de aliquo eius successorū est cogitandum. Notāe, quibus rex iste distingui potest, in psalmo ipso obviae hae sunt. 1) Plures gentes cum regibus suis ipsius imperio se opponunt, non bella tantum inferentes, sed & imperium eius detrectantes, cui subiictere se debuerunt v. 1. coll. v. 3. 10. 2) Ipse caelesti quasi voce inter gentes istas rex a Deo ipso dicitur proclamatus v. 6. 3) Ipse inter gentes publicat consilium diuinum de imperio suo amplissimo, hortaturque eas, ut voluntario se subiiciant v. 7. coll. v. 10. 4) Omnia gentium totiusque orbis terrarum imperium ei promittitur. Eſſe enim אָנֹכִי אֶרְאֶל terram, quia ita inquit pateat, dubium esse nequit. Etsi vero nonnunquam de terrae Iraeliticae finibus etiam adhibetur, de gentium tamen reliquarum terris hic esse sermonem, ipsa altera & perpetua allocutio per בָּנָי, probat, atque indefinitae eiusmodi compellationes merito sensu suo naturali non de gentium nonnullis, sed de omnibus intelliguntur. Neque rebelles contra se appellare poterat Dauid reges vicinos, qui hostes imperii, non subditū rebelles erant, in primis, quos subactos ab Iraelitis noluit



noluit Deus, quales fuere *Edomitae*, *Moabitae*, *Ammonitae*, et si deinde, non ut rebeller, qui submittere se legitimo suo imperiato no- luerunt, sed ut *Iraelitarum* perpetui hostes subiectione punirentur. Ad id saltim tempus usque, quo diuina subiiciebantur poena, iure suo immunitateur ab *Iraelitarum* imperio uochantur. Psalmus vero de regibus maioris regis imperium detrectantibus loqui, satis v. 3, 10, 11. probant. (5) In postrema parte dubia quidem res esse videtur, utrum is, qui **נָבָט**, & qui **נָבִיט** non sint, qui sine dubio ipse est rex constitutus, unus idemque sit, an filius regum constituens Deus, hic rex constitutus, ut vi. 2. a quo etiam pendet subiectum, ad quod ultima psalimi verba de ira in flamnam eruptura sint referenda. At si mandata spectantur, **נְבָט**, **נְבִיט**, & **נְבָטָה**, referre haec vitrumque ad unum eundemque videntur, quum ea quidem ad mores inter orientales gentes, reges solempniter excipiendi, pertineant. Postremu nimis uoce osculandi manus, seu regi quasi oscula manu offerendi consuetudo indicatur. Externi enim gemitus in Deorum veneratione adhiberi soliti, inter quos etiam mos oscula signandi, seu manum prins ad os admotam porrigitendi, erat, in regibus colendis etiam sunt adhibiti 108. XXXI. 27 coll. i REGO. XIX. 18. nos. XIII. 2. (*). Media uoce sine dubio laetae exprimuntur acclamations, unde merito ad submissionem omnem, consuetam in primis in regibus salutandis genuum flexionem vel prostrationem, prima vox refertur, quum de cultu Dei in primis adoratione praeslitio adhiberi etiam soleat ps. C. 2. Qui igitur ut rex erat excipiens, illi sicut dubio genua flecti, illi laeta acclamari, illi oscula porrigi debebant. Nisi itaque modo Deum, modo *Christum* regem concipere velis, ad eundem referenda est vox *Iebouae*, ad quem filii nonen pertinet. Quod satis evidenti esse videtur argumento, de rege aliquo esse sermonem, qui ipse **נְבָט** appellari possit. Facile itaque iam etiam cognoscitur, cuiusnam sit ira illa

(*) Vide *DIVGTAEVM P. I. anal. sacr. p. 211, NOSSIUM lib. II. de idoliol.*, c. 3. p. 319. *SCHVRTZFLEISCH* diff. de ritu salutandi per osculum, quae est inter dissertationes historicas & philologicas collectas *XCVII*, cum aliis.

illa, quae mox in flaminis eruptura dicatur, regis nimis sum ipius de
Davide vero inter hostes vindictam exercente vix aliis locis eiusmodi
communionem inuenies de Deo satis frequenter. Quas notas si o-
mnes coniungis, minus eas in Davidem, & multo adhuc minus in
alium Iudaorum regem, quadrare, facile animaduertis, atque quoniam
certe de rege aliquo Davidico sermo sit, non intelligi potest nisi ma-
ximus ille Davidi promissus, de quo saepius cecinit, quemque Iudei
omni tempore ut regum maximum expectabant, in quo omnes con-
ueniunt nota. Eius enim solius est summum totius orbis terrarum
imperium, subditique eius omnes, quotquot tera continet, homines,
non exceptis maximis regibus, quos igitur merito rebelles agnoscit,
si imperium ipsius detrectant. Quantae vero gentium, regum princi-
pumque contra Christi imperium obhortae sunt communiones, ipsa te-
natur luculente civitatis Christianae historia, ad quas Petrus etiam
priora psalmi Iuvius commota refert ACT. IV. 24-26. Quam solemniter
divinitus ipse in terra sit rex declaratus, ex historia Christi ipsius con-
stat, atque ipse per legatos suos ubique terrarum consilia divina pu-
blicari iussit. Eius praecipue, quod ipsi concesserum antiquiores Iu-
dae, nomen filii Dei, cum etiam ipsum esse Iebouam, certissimis ar-
gumentis comprobari potest. Si qua igitur interpretatio certa dici
meretur, haec quidem est, quae Christum in psalmo hoc loquentem
audit. Christianis accedit prebrior psalmi huius de Christo in N. T.
explicatio ACT. IV. 24-26. XIII. 33. HEBR. I. 5. V. 5. quae hic adeo est
clara, ut verba de alio dicta Christo tantum applicari, sine maxima
improbabilitate ne cogitari quidem poslit.

§. XIV.

Illud igitur est indubium, eum, qui a Deo blando & honorifico
eo filii Dei nomine v. 7. compellatur, esse Christum, atque si conne-
xiōnem spectas, ideo a Deo vindicti orbis terrarum rex & dominus
constitutus esse dicitur, quia fit filius Dei, quod apprime est confes-
tions cum doctrina Pauli de filio hoc Dei capite primo epistolae ad
Hebreos tradita. Ut vero clarius sententiam de verbis istis:



dicam, sermonis divini solemnitus esse vi-
denter exordium, eiusdem generis, cuius alia plura solemnibus Dei
sermonibus praemittuntur, legibus in primis & vaticiniis solemniter
publicatis: **בְּנֵי אֶתְרָה אֲנִי רֹום לַוְתִּיךְ**
עֲבָרִי אֶתְרָה בְּכָרִי אֶתְרָה GEN. XLIX. 3.
עֲבָרִי אֶתְרָה הָן עֲבָרִי יִשְׂרָאֵל עֲבָרִי IES. XLIX. 3. IES. XLII. 1. IES. XLII. 1.
Ex quo quidem id iam sequitur, quum solemniora eiusmodi exor-
dia non argumentum sermonis, sed tantum ingressum quendam con-
tinere soleant, vel non ipsam patescendi voluntatem diuinam, sed
præparationem quendam, vel causas consiliorum diuinorum sum-
mumque ius, quo agat Deus, exponente, vel attentionem alacri-
tatemque, legibus obtemperandi, excitantem, vel rei proponendae gra-
uitatem & indubiam veritatem docentem sisstant, neque in his verbis
ipsum Dei consilium, quod loquens enarraturum se promiserat, qua-
rendum esse, neque verba ex ipso sermonis arguento esse explican-
da. Locum enim hic habent solemnioris allocutionis eius, de quo
magna cōsilia cepit Deus. Tu, fili mi, inquit, quem gigno
hodie, posce a me &c. Quam ob rem, si de naturali quodam
patrem inter filiumque nexus cogitatur, obiici non potest, postula-
re sermonis ipsius argumentum, vt de regis introductione cogitetur,
quum potius, si solemnius tantum est sermonis exordium versus ille,
sine dubio non eadem dicat, quae sermo ipse, sed ab eius argumen-
to diuersa. Pari enim iure MATTH. XVII. 5. filii Dei nomen doctoris
vel prophetæ significatum habere posset, quod praemittatur adhorta-
tioni diuinæ: **Αὐτὸν ἀκούετε.** Ipmo ex nexu PAULI HEBR. V. 5. (I-
dem, qui ei dixit: Filius meus tu es, sacerdotem eum constitutus) col-
ligi posset, nomen filii Dei idem valere, ac sacerdotis nomen, tri-
plex itaque munus Christi ex hoc nomine sequi. Neque obiici potest,
ad illud **הַקְרִיר a Christo** enarrandum aeternum patris filiique ne-
xum pertinere non posse, quum sermo ipse pandat hoc consilium di-
uinum, non sermonis exordium. Neque maius robur habere potest
hoc dubium, quam si EX. XX. 2. impropria explicare ratione velles id-

eo quod sermonis exordium sensu consueto acceptum hic esse non
 possit lex diuina, vel similia exordia vaticiniis praemissa, quibus de-
 creta sua de futuris patefecit Deus. Restant itaque verba ipsa adhuc
 explicanda, de quibus id *primum* queritur, vocetur *Christus filius*
Dei eo tantum sensu, quo regum quisque nomen hoc gerere potest,
 seu, quod idem est, nihilne hoc nomine exprimatur, nisi regium mu-
 nus *Christi*, an sine hoc etiam loco eo destinatum, ut *nexus Christi*
 cum patre internum, ideoque eius diuinam naturam & dignitatem
 doceat. Si quidem id certum est, tempore *Christi* ipso non soluni
 excellentiorem hanc notionem subiectam fuisse huic nomini ab iis, qui
 de sensu eius iudicium aliquod ferre potuerunt, sed etiam *Christum ipsum* & Apostolos eo sensu aliquo eminentiori ex eodem hoc oraculo
 vsos esse, quod ob ante dicta satis probatum esse existimo, authen-
 tica haec explicatio nos iam cogit, praeferre in explicando psalmo
 ipso notionem subliniorem, nisi evidenter argumenta contrarium po-
 stulent. Quod eo adhuc magis confirmatur, quod in N. T. ex sub-
 limi hac natura nomine isto expressa ratio reddatur eminentissimae
 dignitatis & praestantiae *Messiae* etiam in munere constituto collatae,
 quam si scripturae analogiam sequi velimus, etiam hic ratio praemittatur,
 cur summum illud in uniuersum orbem tertiarum imperium ei,
 ut maximo legato diuino, tradi possit & debeat, hinc si ex dignitate
 illa, quod sit filius Dei, eius ratio redditur, non eadem dignitate,
 quod *Messias* vel rex sit, absolu illa possit. Neque aliunde satis adhuc
 probata est notio illa nominis huins de *Christo* usurpati, qua idem
 tantum valeat ac regis nomen, quam altera illa, qua ad sublimior-
 rem *Christi* naturam pertinet, argumentis sat gratibus conflet, atque,
 vbi nihil obstat, certior sine dubio notio est incertiori praferenda.
 Non enim id sufficit, reges nonnunquam filios Dei vocari, quam si
 ne dubio praeter reges multi adhuc alii filiorum Dei nomine veniant.
 Quan ob rem si vsu eiusmodi vocum sufficeret, arbitrari etiam pos-
 ses, *Israëlitam* verum, populi sancti Dei ciuem, & foederis diuini fo-
 cium hoc nomine eum vocari, quod & *Israëlitae* in V. T. sicut *Chris-
 tiani* in N. T. hoc nomine appellantur. Quemadmodum igitur alio
 sensu de regibus, alio de *Israëlitis* adhibetur, ita ex vsu isto de regi-



bus etiam securè haud colligi potest, de *Christo* nomen hoc non alio & eminentiori sensu adhiberi, quam de regibus. Cum nexu partium psalmi ipsius etiam altera illa explicatio magis conuenit. *Christus enim* loquitur, vt rex iam constitutus, qui rebelles subditos ad obedientiam hortatur, quod caelesti Dei voce solemniter erat declaratum v. 6, atque ob hostes rebelles diuinum consilium exponit promissum que sibi filio datum de summo aliquando ipsi imperio dando, quo itaque nondum rex declaratus seu vere constitutus, sed declarandus aliquando sicutur, ipsa solemnis constitutio vero post promissum hoc datum facta eiusque solemnis edita declaratio v. 6. commemorata ab hoc sermone diuino distinguitur. Quam ob rem minus hic locum habet allocutio: Tu iam es rex, quem hodie regem esse iussi, quam ille sermonis ingressus: Eo quod filius es meus, quem gigno, summum tibi etiam aliquando, vt maximo meo legato, in orbem terrarum tradam imperium. Similatque enim *Christus* rex est constitutus, ei omnium rerum dominium iam est traditum. Non igitur poscere demum poterat regnum tradendum, quod traditum iam accepérat. Neque, solemnem regis alicuius declarationem commode verbis his fieri potuisse, in qua dixerit potius regis nomen exprimi solet, & impro prium eiusmodi nomen minus locum habet, similibus potest exemplis probari. Aliud enim est, patrem se regi alicui offerre proximis aliquo, vel reges officii admonere eo, quod Dei vices in terra gerant, aliud regem aliquem solemniter declarare his verbis: Tu es filius Dei. Re petitur denique v. 12, filii nomen absque adiecta voce Dei, quod ita absolute positum in se iam eminentem *Christo* que maxime proprium sensum exspectare inbet, neque absolute ita usurpatum pro regis cuiuscunq; nomine inveniuntur, quum de *Christo* vitroque modo in ipsis sermonibus *Christi* adhibeatur, qui in locis V. T. illustrandis eodem iure adhiberi possunt, quo sermonibus *Christi* ex locis V. T. nonnunquam lux accendit, prout res illustranda clarius in his vel illis proposita deprehendit.

§. XI.

Supereft, vt adhuc de verbis **חִוָם וְלֹרְתָךְ** sententiam meam dicam & confirmem. Atque id quidem nemo inficiabitur, ita ad priora

priora verba referenda esse haec, ut, qua ratione *Christus* est filius Dei, eadem dicatur genitus esse a Deo. Quod ex ipsis non solum verbis iam patet, sed eo etiam confirmatur, quod utraque propositio more in *Hebraeorum* carminibus frequenti, ut eandem rem diuersis verbis exprimens coniungatur. Quod alias nomine נָבָן dicitur, hic per יְלִיד exprimitur, atque si generatio sensus explicetur, certe eodem redit utraque propositio, atque altera illa, Deum esse Christi patrem, quem habeat filium a se genitum. Simili modo, at non eodem sensu, *Iudaicæ deuot.* XXXII. 5. 6. filii Dei vocantur, & de Deo dicitur כָּנֶר רֹאשׁ וּכְנוּנָה אַבִּיךְ צָוֵר וְלֹדוֹן & נָבָן מִחְלָל v. 18. Pari ratione אֲתָה יְלָדָנִי & אֲבִיכְ צָוֵר se inuicem explicant IER. II. 20. Vox itaque generationis vel ex nomine filii potest illustrari, vel nomen hoc ex generationis voce, quod postremum fieri solet in Theologorum nonnullorum libris, si propriam filii Dei notionem ex generatione demonstrant. Quam quidem explicandi rationem hanc improbarem, si ex ipsis libris sacris notior esset vox generationis, quam filii Dei nomen, vel modus, quo genitus a Deo dicatur filius, disertius explicaretur. Quam vero vox ista ipsa hoc tantum loco de Christo, filio Dei legitur, atque ex re ipsa, & comparatione reliquorum locorum, quibus homines filii Dei vocantur, eorumque generatio Deo tribuitur, facile constet, variam accipere hanc vocem explanationem pro varia filiorum notione, probandi hanc rationem minus certam esse existimo, sed ex notiori potius filii Dei nomine lucem accendendam esse voci generationis. Si filii Dei nomen idem penitus valet, ac regis nomen, intelligenda est introductio in regium munus per generationem, si *Messiae* munus integrum eo exprimitur, quod tamen, nisi eodem redeat, ac regium munus solum, minori adhuc specie defenditur, missus & inaugurus vt *Messias* dicitur, si generatus a Deo vocatur. Neque id negandum est, posse generationis notionem transferri ad regiam initiationem, si vt filii Dei describuntur reges. At tunc iam supponitur, subesse nomini filii Dei notionem regis Christi inposito. Quod quam plures ob causas ante negauerim, iisdem etiam causis explicatio haec sit improbabilis. Si vero



vero et filii ad patrem ratio, qua diuinam eandem, quam pater habet, possidet naturam, nomine filii significatur, ex eadem hac ratione interpretanda etiam venit vox generationis. Quod nobis hic sufficit, atque nisi interna eiusmodi filii ad patrem ratio in se aliquid habeat repugnans, quod probatum ab aquersariis ingentis huius mystrii nondum esse arbitror, atque si aliunde etiam ipsa potest demonstrari, saltim id constat, non impeditur haec vocem, quo minus sensu intelligatur sublimiori nomen filii Dei. Reliqua dogmaticae sunt investigationes ad alteram disputationis nostrae partem aleganda. Id adhuc addo, adhuc non posse explicationem generationis de declaratione vel demonstratione filii Dei. Idem enim utraque propositione exprimitur: *Tu es filius meus, & tu es, quem genui.* Quoniam vero illa non indicet, *Christum* ut filium solemniter esse demonstratum (§. XIV.), neque haec docet, pro genito vel filio solemniter eum esse declaratum. Silencio vero praetermiti nequit vox Υἱοῦ, notissima alias, hic vero aliquantum dubia. Qui ex voce hac colligunt, cogitandum ob eam esse de generatione certo aliquo tempore facta, insinuam certe suae sententiae conciliant speciem, at rem ea effici, quam probare contendunt, nihilominus non arbitror. Id quidem suppono, quod ante monui, non declarationem pro rege seu regiam consecrationem ipsam a patre his verbis fieri, sed promissionem dari imperii summi concederem. Quod si est, de tempore aliquo certo fixoque quasi die cogitandi nulla appetit ratio. Sed ea etiam ab omnibus conceditur vocis huius significatio, qua generatim de praesenti tempore sine diei singularis alienius mentione aequa ac nunc dicitur νεύτ. I. 39. XXXI. 27. IV. 2D. XXI. 6. I SAM. XII. 17. XXVII. 1C. atque *Hebreacis* etiam praeteriti temporis verba saepissime loco praesentis esse, quod forma singulari non exprimunt, neminem fugit. Hic vero praesentis temporis notio praferenda videtur tam ob vocem Υἱοῦ, quam quod prius esset (Tu es filius meus) de praesenti est intelligendum, cui alterum hoc (cuius ego sum genitor, seu quem adhuc gigno) responderet. Ita vero perpetua quedam pars ad filium ratio exprimitur, que tanquam praesens solemnis hinc sermoni diuino describitur. Nihil igitur inconsuetum in voce Υἱοῦ locum habet, eti neque id

a poëtico stilo alienum credi possit, si, quae aeternia & perpetua sunt, hodierna dicantur, quamquam in communii vita vox hodie aeternitatis notionem non habeat. Poëtis praeterea nihil est solemnis, quam moribus humanis describere ipsas res diuinias. Fac itaque, poëtam solemnum quasi pacificendi sibiique iniuciem se obstringendi inter homines morem in mente habuisse, diem igitur initio hoc foedere solemnum, quid est, cur poëtae libertatem hanc fingendi negari velis? Si regium solium, in quo sedeat Deus, sceptrum, quod teneat, comitatum seruorum ingentem regum terrenorum more, currus, quo ve-hatur Deus, si solemnia in caelo festa, & lauta coniuicia fingere licet, cur non liceret diem solemnen fingere, quo foedus solemniori modo fanciat, iureque jurando quasi summi imperii promissionem ipsi hominum mediatori aliquando dandi confirmet? Quod hic, vbi de solemniis Dei promissis sermo est, quae alias foederum inter homines solemniorum more describuntur, eo magis locum habere potest. Quum vero similes de Deo locutiones non licet, instar philosophicorum terminorum explicare, & ad alienum sensum ob eas vertere reliqua verba, nescio, cur haec vox tantum habere debeat momentum. Quod in solis consiliis diuini existit, quodque ideo eiusdem est aeternitatis, cuius ipse Deus, & quidquid ad Deum referri potest, sine incommodo a poëtis solemni quodam die factum dici potest. Neque enim foedus ipsum neque sermo ille Deo tributus alter, nisi in diuinis consiliis exigit.

§. XVI.

Supereft difficultas quaedam e medio tollenda ex ACT. XIII. 33. Hie enim Paulus ipse de Chrifti refuscitatione dicta Psalimi explicare anulis videtur, qui itaque generationem filii per refuscitationem esse factam existimant, quod ex iis locutionibus illustrant, quibus reditus ex morte ut noua aliqua generatio describi solet. De quibus quidem breuitatis studio in praesenti nihil dicam, sed id tantum obseruabo, quod ad hunc locum proxime spectat. 1) Si id sit certum, in psalmo ipso nullum non solum adesse refuscitationis vestigium, sed per ea etiam, quae ante diximus, in primis quod non introducat Deus loquens Chriftum in regiam suam dignitatem, de illa vix cogitati pos-



se, atque canticis esse verlandum, ne dicta V. T. in alienum sensum cogantur ob quamlibet allegationis cuiusdam in N. T. speciem, demonstrationem hanc ex sola hac allegatione repetitam haud ingenti robore pollere, facile apparet. Quantum damnum interpretationi V. T. apud nonnullos interpres intulerit neglecta solertia, allegationum varias classes rite discernendi, experientia satis docet. Rectius igitur potius *Paulinam* allegationem esse intelligendam existimo, antequam *Pauli* cum *Daude* conciliatio per psalmi in seistum aliquem huic allegationi conuentientem interpretationem tentetur. *Vix vocis* 17 de resuscitatione ex V. T. nullo confirmari potest exemplo, quod vero non virgo, eti idem valere arbitratur, quod difficultas in voce οντη, si de aeternitate explicetur. Ex nomine certe filii originem habet seu cum illo conuenit penitus, ut si generare sit resuscitare, filius Dei ex morte reducendum significet. Tum vero vel vicinam claram notam, mortem vel redditum ex morte in mente poetae fuisse, desiderarem, absque qua eiusmodi interpretatio nimis temeraria mihi videretur. 2) Ipsa verba *Pauli* primo statim obtutu impediunt, quo minus de resuscitatione ex morte cogitemus, si hunc ps. II. locum allegatum legimus. Si enim v. 34. pergit: ἐτι δε αὐτοὶ οἱ ἀρνηταὶ εἰν τοῖς ἔργοις, quid sequitur aliud, nisi probari hoc non debuisse per oraculum ante allegatum, sed duplicitis fuisse generis, quae *Paulus* illustrare voluit, quorum alterum per prius, alterum per posterius oraculum debuit confirmari. Atque reuera prius allegat *Paulus* τὴν ἐπαρρηδεῖν πρὸς τοὺς πελτίους γενομένην, & tum probat, praedictum etiam de *Christo* esse ex morte redditum. Illam igitur solemni promissionem Dei continet oraculum prius, ubi iterum recordanda sunt, quae de consuetudine *Pauli*, ex duobus locis confirmationis probandi, ante dixi, & conferendum idem locus allegatus continet eum 2 SAM. VII. 14. HEBRI I. 5. & eum ps. CX. 4. HEBR. V. 5. 6. Quid vero est, quod de *Messia* exspectabant, nisi regnum illud splendidissimum, quod regni Dei nomine ubique notum erat, hoc sermone divino solemniter promissum? Sed dicas, saltim hinc patere, non esse generare nisi regem constitueret, atque ob regnum minus solum *Christum* vocari filium Dei, si ex hoc loco sequi debeat, regnum

Christi

Christi esse illo promissum. Atque id quidem negari nequit, praecipuum immo vicum totius diuini ad Christum sermonis, cuius haec verba sunt initium, argumentum esse illud pronissum de Christo rege vniuersi orbis terrarum constituedo. Non ignota praeterea est *Hebreorum* consuetudo, si integros allegare volunt sermones, denominandi eos per prima sermonum verba, quod de libris, carminibus, sermonibusque aliis valet, in primis si notissimi fuerint sermones, ut in omnium quasi ore versarentur, quale hoc inter illustrissima de Christo vaticinia tempore Pauli relatum oraculum erat. Fere itaque dicit *Paulus*: Memineritis modo illustris illius sermonis diuini, cuius est initium: Filius mens es tu, qui continet ingens illud patribus sapientiae datum promissum. At de Christi resurrectione consulite ps. XVI. Quum temporis causa breuitati sit studeendum, ne nimis dissertatione nostra exerceat, sententias propositae confirmandas maiorem in praesenti operam dare non possum.

§. XVII.

Addere adhuc volui argumenta grauiora visa quaedam nostrae sententiae opposita, in primis ex C. I. & III. epistola ad *Hebreos*, ex I. COR. XV. 28. & ROM. I. 4. & ex notitia inter *Iudacos* deficiente tempore Christi diuinæ ipsius gloriae, cum minoribus aliis (*). Sed quum

(*) Vide b. HEILMANNI, quem a meissimum adhuc post fata veneror, & quoicum viuo ea de sententia ipso disputare gratissimum mihi accidisset, ob viri singularem eruditatem, perpicaciam, humanitatem & veritatis amabile studium, quum amicis dissentium ferre eum potuisse cerebriori edocere experientia nouerim, progr. de ratione, qua *Iesus sua ex mortuis oras atque Messias demonstratus* anno 1763, publicato. Mihil quidem cum viro beato, eti⁹ vbique in scriptura sacra nomen hoc de Christo usurpatum numeris esse nomen potest, de veritate exegética & de viu nominis huius in theologia controversia fuisse, quum summam Christi gloriam, vereque ab humana diuersam naturam diuinam, vna cum discrimine vero diuinæ huius personæ a patre non regauerit, quae satis aliunde probari potest. Et si igitur difficilius, possita hac explicacione, interna patris ad filium ratio, quam aeterna generatione exprimit Theologi, quae ab hoc nomine solo fere pender, probetur, necessario tamen, si illa conceduntur, etiam eiusmodi interna ratio patris ad filium, huiusque ad illum est concedenda, quam ob rem nihil in diuinam gloriam Christi iniurii hac explicacione doceatur.



quum otio, quod nobis lectionum intercapedo fecit, vñus sim ad argumentum hoc tractandum, quod fini est propinquum, prela diutius non morabor, inprimis, quum ob alteram disputationem, quae de vñ dogmatico aget, maxime haec fuerint praemittenda, quum in institutionibus Theologicis argumentum hoc non ea, qua indiget, copia semper possit tractari, ideoque demonstrationes Theologicae ex hoc nomine deductae non in pleno robore suo perspiciantur. Quam ob rem multo minus de sententiae illius argumentis dicam, qua saepius quidem, at non vbiique nomen muneris, interdum naturae nomen esse creditur, quippe qua vñus dogmaticus nominis huius non plane tollitur, sed id tantum magis necessarium redditur, vt solertia loca illa distinguantur, quibus natura sua diuina filius esse Dei Christus dicitur (*). Sociniana vero nominis huius expositio vñ demum dogmatico sit noxia, quum vere cum ipsa nominis significatione etiam rem ea significatam tollant, aliisque modis ad confirmandos errores suos reuera abutantur (*). Finem itaque disferendi in praesentia faciam, proxime, quae superfluit de nomine hoc saltim ob illius, cuius nomen sanctissimum est, de nobismet omnibus merita aeterna venerando alia dissertatione additurus.

(*) Vide de his argumentis partim iam ante memoratis in primis ex *Arminianis apologiis Remonstrantium* c. III. fol. 48. seqq. PHIL. A LIMBORCH Theol. Chrifl. lib. II. c. 17. & SIM. EPISCOPII Institut. Theol. lib. IV. c. 33. & eodem aliisque passim in commentariis.

(**) Vide *Catechesis Racionensem* sect. IV. c. I. p. 112. seqq. F. SOCINI explicat. primae partis primi capituli Iohannis p. 86. 10. CHELLII comment. in epist. ad Hebr. fol. 77. seqq. ION. SCHLICHTING comm. in Euang. Ioh. p. 145. SAM. PRZPOCOVI Hyperaspisten c. I. 2. CHR. OSTORODI Vnterweisung der christlichen Religion c. 7. p. 49. seqq. VAL. SMALCIUS de Christo vero & naturali Dei filio c. Smigleciuum Rac. 1616. & respons. c. Smigleciui noua monstra noui Ariani c. 16. - 20.



PRAE-

PRAENOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
RESPONDENTI

S. D. F.

P R A E S E S.

Laudi Tibi est insigni, quod ipse disputationem hanc publice defendendam desiderasti, ut dexteritatis partae edere specimina, & defensione ipsa acuere vires posses. Eiusmodi enim laudis studium ipsum cuius, qui litteris vixen profitetur, laudi non potest non cedere. Neque dubito, quin eo sis omnibus viribus contenturus, ut testibus & iudicibus industriae TVAE magis TE atque studia TVA approbes & commendes. Quod ex animo **TIBI** eo magis gratulor, quia & in me aliqua TVAE laudis pars redundabit ob laborum societatem. Rem graviorem defendis atque religioni nostrae sanctissimam, si de honore summi nostri apud Deum patroni disputas, auctoris sempererna nobis salutis, cui & in primis studia illa sanctiora, quibus ingenti cum voluntate fruimur, accepta referimus, quem ideo honorare nostris laboribus certe iucundissimum erit. Age igitur, nobili illo Iesu nostri amore animatus, strenue & alacriter rem TVAM age, non in defensione tantum publica dissertationis huins, sed & in reliqua studiorum TVORVM continuacione, in primis quam coetui aliquando illi, qui ipsum regem colit, & ab ipso rege colitur, omnia TVA studia consecrari debeant. Quod merito non virtutis solum Christianae exercitium reliquum, sed & in studiis sanctioribus excolendis alacritatem acuere deberet. Stimuli enim illi, quos amor Iesu & religionis ipsius animo subdit, & acutissimi sunt & nobilissimi, vereque eum deum studia sua sancta & Deo consecrata vocare posse exquisito,

qui



qui illis regitur. Et laudis omnis summum esse fastigium, ob CHRISTI amorem & intimam venerationem laudari, veranque laudem a Christo ipso deum exspectare posse. Si enim ab hominibus laudari ex exterior laus est, quo ipsi sunt laudatores, certe nulla esse potest laus maior, quam a Christo omnes laudes humanas longissime superante amari & laudari. Eo igitur, AMICIS-
KIME DRECHSLERE, communis contendamus studio, ut Christo laboribus nostris omnibus honorando inserviamus, eique studia nostra ipsi eo approbemus & commendemus. Quod Te mecum optare, certissime sum persuasus. Fa-
xit Deus, ut prospere & TIBI puncta succedant futuro tempore, quae su-
scipies, & ut rei publicae & sacrae egregios aliquando feras fructus. Me
amare pergas, de meo amore sincero perperuoque ne dubites, quem re ipsa
TIBI praestare, quam amplius verbis promittere malo. Vale. Dabam in
academia Georgia Angusta XIII. Cal. Nov. MDCCLXVIII.




78 L 1708




Sb.

Hi. 100.







DISSE^TRAT^IO THEOLOGICA

PRIOR

DE

VSV DOGMATICO
NOMINIS FILII DEI,

QVAM

SVB PRAESIDIO

D. GOTTH. TRAVG. ZACHARIAE

S. S. THEOL. PROFESS. P. O.

IN ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA

D. XXII. OCT. MDCCCLXVIII.

PVBICE TVEBITVR

RESPONDENS

IOANNES CHRISTIANVS DRECHSLER

S. S. THEOL. CVLTOR, SVERINENSIS.

GOTTINGAE

EX OFFICINA SCHVLZIANA, CYR. F. A. ROSENBYSCHE.

